






ENARRATIO (SIVE PRAECEDENTIVM RELATIO) IN SEPTEM Sacramenta Ecclesiæ

Per Fratrem Sebastianum Auezzanum Carmelitam Cæsenatem collecta ex sacris Theologis, & si breuis, tamen catholica, & fidelis secundum ritum S. Rom. Ecclesiæ.





BONONIAE.
Apud Aalexandrum Benacium, & fratrem eius. 1561.



REVERENDISSIMO, ET *Illustrissimo D. D. Iacobo Puteo Cardinali, et Proctetori nostro obseruandissimo.*

FRATER SEBASTIANVS Auezzanus Cæsenas Carmelita.

S. P. D.



VM non me fugiat amplitudinem tuam minimum quemq; Carmelitarum modo in eo uirtutis lumen aliquod efulgeat studio penè incredibili prosequi, & beneuolentia, cumq; perspiciam te adeo in nos bono propensoq; esse animo minimè ueritus sum compendiolū breue de Sacramentis Ecclesiæ, quod ad fratrum meorum utilitatem, exaraui, amplitudini tuæ dedicare, quam etiam atq; etiam rogo ut uelit illud uultu læto serenaq; fronte suscipere. Quod si (ut minimè dubito)



fuero consecutus opusculum hoc meum lætius & hilarius (qualecunq; est) in uirorum prodibit ora (& quæ tua est authoritas) ab omnibus fouebitur, & amplectetur, mihiq; supra quàm dici queat gratissimum feceris, qui nõ cessabo die ac nocte deum optimum rogare ut tibi permittat ut possis ad supremum gradum (ut eximiæ uirtutes tuæ integerrimiq; mores postulant) peruenire Cæsenæ.

IVLII BVDI CAESENATIS Phylosophi ad Lectorem.

Thetraſticon.

Lector iò neu liuor edax te tollat amaro
Gutture : ructabis verba canina foro :
Perlegas en poſthac longos veneranda ꝑ æuos
Dogmata : Mellito & gutture verba ſonent.

Eiusdem ad Eundem.

Quicquid priſca fides ꝑ mille volumina tradit:
Et paſsim quicquid dogmata ſacra notant,
Hoc Sebaſtianus modica non arte libello
Cæſenas tradit ſic breuiore via :
Hæc licet altiloquo multi docuere cothurno:
Hūc pete, qui minimus ſed bene cultus adeſt
Nō tua(crede mihi)mādabis ſemina iharenæ:
Nec erit incaſſus Lector amice labor.

FRATER SEBASTIANVS Cæsenas Carmelita, ſuis con fratribus Carmeliticis ſalutem optat.



VMMVS atq; præclariſsimus Architectus Chriſtus Ieſus eo tempore quo Eccleſiam ſuã condidit (quæ in Chriſto radicaliter perſiſtit, fundamentaliter in Apoſtolis, repæſentatiue in ſupremo Pontifice, et prælatis, vniuerſaliter in omnibus fidelibus) prudentem ſeruum ſuper familiam ſuam conſtituit, ut det illis cibũ in tempore, hinc beatus a Ieſu Chriſto acclamatur huiuſmodi ſeruus Math. 24. Beatus (inquit) ille ſeruus quem cum venerit dominus eius inuenerit ſic facientem, quamobrem obſecro vos conſeruos meos in Chriſto Ieſu dilectos vt in tanto celebri

munere vobis credito omnem curã, totumq; vestrũ studium exhibeatis, sitq; vnusquisq; vestrum prudens ille seruus. Neq; ignoretis(præcor)ea quæ à vobis sunt fidelibus ministranda, videlicet quæ, quot, quo ordine, quo sensu, quomodo, quo fine, quando, et quibus, quoniã ignorans igno rabitur primæ Cor. 14. Cauete ergo ne ob ignorantiam supinam vel crassam auferatur à vobis Regnum, et detur genti facienti fructus in tempore. Quare collegi hunc breuem tractatum ob vestrã meamq; doctrinam, Accipite(queso)eo pio animo, quo lubentissimè offero, et orate mutuo. Cæsenæ.

R. P. F. ALEXANDRI CA-
ſtiglion. Bon. Ordi. Cœleſtinorũ.
S. T. Profeſſoris.
Carmen.

Sæcula cum Diuis roſeis te floribus ornent.
Baltheus inſignis iuſtos circũliget artus.
Stix obſcura nigri trudatur in antra Plutonis,
Atque leues torquere animas vetet, impediatq;
Nuſquam te patrii numen nõ ſeruet honoris.

R. P. F. PETRI VRBINA-
tis S. T. Baccalaurei.
Carmen.

Dii faciant, ſuperes diſcrimen quodq; σεβαστοῦ,
Anni, ſperamus, candidiora dabis:
Nunc tamẽ omnis docta cohors debet tibi, quãtũ
Vtile prompſiſti religionis opus.
Fulgeat ergo liber totum dimiſſus in orbem.
Fulgeat, & nomen ipſius artificis.

COMPENDIVM SACRAMENTORVM COLlectū per Fratrem Sebastianū Auezzanum Carmelitam Cæsenatem.

QVID SIT SACRAmentum.



ECVNDVM commune placitum Doctorum deffinitur ea deffinitione quæ in libro de doctrina Christiana traditur. Sacramentum est inuisibilis gratiæ, visibilis forma, profectò eius similitudinem gerit,&causa eius existit, Qua ex deffinitione elucescūt differentię sacramentorum veteris,& nouæ legis. Illa enim quæ figurabant, nòn efficiebant quia gratiam significabāt quā tamen non efficiebant.

SACRAMENTA nouæ legis.

BAptisma, Confirmatio, Eucharistia, Extrema vnctio, Pœnitentia, Sacer ordo,& Matrimonium, hoc ordine á Christo Iesu fuerūt instituta, suntq; hęc

tanquam sufficientia per Christum ordinata in remedium Ecclesię militãtis. Quorum quædam reiterabilia, & quędam non et quinq; necessaria, & duo voluntaria, Matrimonium videlicet, & ordo.

ERVDITA SACRAMENTORUM contemplatio.

Nic. Plo. SAcramentorum quędam data sunt in remedium vnius personę, quædam in remedium totius Ecclesię. Illa quæ data sunt in remediũ vnius personæ sunt triplicia. Quædam enim data sunt in remediũ ad intrãdũ Ecclesiã .s. Baptismus. Quędã ad egressũ de ecclesia, vt est extrema vnctio. Quædam ad progressum in ea & hoc dupliciter, vno modo ad executionem virtutis videlicet vt à malis non superemur, & quantum ad hoc est Confirmatio, vel vt bonis adhæreamus, & quo ad hoc, est Eucharistia. Alio modo in reparationem virtutis: quia ipsum hominem in pugna spirituali aliquo modo contingit ledi, & sic est pœnitentia. Si autem in remedium totius Ecclesiæ: hoc potest esse duobus modis. Aut ad remedium multiplicationis spiritualis, & sic ẽ Ordo, aut ad multiplicationem naturalem fidelium & sic est Matrimonium.

Sacramenta possunt conferri septem virtutibus.

Fidei, correspondet baptismus qui est sacramentum fidei.

Spei, extrema vnctio, per quam pręparamur ad futuram gloriam.

Charitati, Eucharistia.
Prudentię, Ordo.
Iustitię, Pęnitentia.
Temperantię, Matrimonium.
Fortitudini, Confirmatio.

Aptantur etiam diuersis generibus culparum, & vitiorum.

Baptisma, ut sit cõtra culpam originalem.
Pœnitentia, contra actualem, & mortalẽ.
Extrema vnctio, contra venialem.
Ordo, contra ignorantiam.
Matrimonium, contra concupiscentiam:
Confirmatio, contra infirmitatem.
Eucharistia, contra malitiam: quia est sacramentum charitatis, quę per se opponitur malitiæ. Tho. D. xi. 4.

Sacramentorum efficacia vnde pendeat.

EX tribus, ex institutione silicet diui na, tanquam ex causa principali agẽ te. Ex paſsione Christi sicut ex cau sa primaria meritoria. Ex fide Ecclesiæ, si cut ex continuatione instrumenti principaliter agentis, & hoc est, quod dicit Glo. sup illud ad Rom. s. in similitudinem prę uaricationis Adę quod à latere Christi ꝓfluxerunt sacramenta, per quæ saluata est Ecclesia. Tho. D. i. quarti. q. 4. ar. 3.

DE BAPTISMATE.

BAptisma vnico nomine appellatur, sed significatu in diuinis scripturis quinque modis legitur.

Lotio. Primo modo, pro politica quadam lotione, sicut apud Marcum 7. legimus. Pharisei autem & omnes Iudei nisi crebro lauerint manus non manducant, tenentes traditionem seniorum, & à foro veniẽtes nisi baptizentur non comedunt.

Pœnitentię. Secundo modo pęnitentiæ, quam Ioãnes prædicabat ut Luc. 3. Factum est (inquit) verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remisſionem peccatorum.

Quare

Quare baptiſmus Ioannis diceba
tur baptiſmus pœnitentiȩ.

Duabus de cauſis, prima quia Ioannes dabat monita pœnitentiæ, ſecũda, quia ſolus ipſe baptiſmate illo baptizabat, Vel quia ipſe non faciebat niſi id quod potuiſſet facere, quamuis.n. ille baptiſmus eſſet à Deo inſpirãte, tamẽ non cauſabat gratiam, ſed diſponebat homines ad ſuſcipiendum Chriſtum, & baptiſmum Chriſti, & ex conſequenti eius gratiam.

An baptiſmus Ioannis fuerit
neceſſarius.

Quó baptiſmus Ioan. fuerit neceſſarius.

Quatuor ex cauſis fuit neceſſarius.

Prima, oportebat Chriſtum à Ioanne baptizari, ut Chriſtus ſanctificaret baptiſmum.

Secunda, ut Chriſtus manifeſtaretur. Ioãnis primo, altera die, ait, vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & ille eſt de quo dixi poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat, & ego neſciebam eum, ſed ut manifeſtetur Iſrael, propterea veni in aqua baptizans.

Tertia, ut suo baptismo assuefaceret homines ad baptismum Christi.

Quarta, ut ad pœnitentiam homines inducens præpararet ad dignè suscipiendum baptismum Christi, & ibat sępe Christus ad Ioannem in desertum antequam ipse Christus esset baptizatus.

Quare multi alii fuerunt baptizati baptismo Ioannis.

Respondetur ne videretur perfectior quàm baptismus Christi, si.n. solus Christus fuisset baptizatus illo baptismo, omnes credidissent illum fuisse nobilissimũ atq; sanctissimum baptismum.

Quare pueri non baptizabantur illo baptismate?

Quia erat baptismus pœnitentię, quæ non datur pueris, sed adultis. Neq; gentilibus conferebatur, quoniam soli Christo reseruabatur, eo quòd ipse esset expectatio gentium.

An illi qui fuerant baptizati baptismo Ioãnis debebant iterũ baptizari?

MAgister in. 4. D. 8. tenet negatiuè. Sed D Tho. in secundo. D. 2. dicit ipsum malè sensisse. Non.n.

(inquit) imprimebat caracterem baptiſmus Ioannis, nec dabat gratiam, & ideo indigebant baptiſmo Chriſti, Et Pet. de Palu. eadem diſtinc. quarti dicit Ioannẽ non habuiſſe formam determinatam verborum, ſed baptizabat in nomine Chriſti venturi.

Tertio modo dicitur baptiſmus Flaminis ſiue ſpiritus ſancti, & eſt quando aliquis mouetur per Spiritum ſanctum ad credendum Ieſum Chriſtum, & diligendum Deum, & pœnitendum de peccatis cum propoſito accipiendi baptiſmũ aquę ſi adeſſet commoditas, ut Eſai.4. Si ablue rit dominus ſordes filiarum Syon, & ſanguinẽ Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicii, & ſpiritu ardoris. Flaminis.

Quarto modo ſanguinis, qui fit in mar tyrio pro Chriſti nomine ſuſcepto, ut pa-tet de Innocentibus, & ut quidam dicunt de Latrone dextro, ſed non videtur eſſe verum, quoniam non poteſt dici martyr ex pœna crucis, eo quòd non pro veritate aut iuſtitia, aut fide Chriſti, ſed pro ſuis ſceleribus paſſus eſt, ſicut ſolus confitetur dicens: Nos quidem digna factis recipimus, Martyres ergo hoc baptiſmo bapti zantur, ſicut dicitur Apoc. 7. Dealbauerunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt Sanguinis.

in sangnine Agni. In hoc baptismo inclu ditur maior gratia, sunt tamen ęquales baptismus aquæ (quo ad remotionem pœnæ) & basptismus sanguinis.

Aquæ.

Quinto modo est baptismus Aquæ, & sic deffinitur à Magistro in.4.D.3. Baptismus ē ablutio corporis exterior facta sub forma verborum præscripta, est ibi causa materialis, videlicet ablutio exterior, efficiens, facta formalis, sub forma verborũ, finalis collatio gratiæ ad salutem.

Hugo in.4.D.3. sic deffinit, Baptisma est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei. August. Baptismus est tinctio in aqua verbo vitę sanctificata.

Octo sunt de solemnitate baptismi quæ non sunt de substantia.

Quæ sunt de solēnitate Baptismi.

Sal, Oleum, Crisma, Cereus, Crismale, saliua, Flatus, Patrinus, quę omnia mysterium habent.

Quinque sunt de substantia.

Quæ de substantia baptismi.

PRimum, intentio ex parte baptizantis, & baptizandi si est adultus, Baptizans enim debet intendere illud peragere quod facit Ecclesia, melius tamē est si fiat specialis intentio, silicet ut bapti

zans intendat quod baptizandus mundetur vt in anima à peccato. Similiter requiritur intentio illius qui baptizatur si est adultus, quia inuitus non recipit sacramentum.

Secundum est fides baptizandi, quia in adultis requiritur fides propria, sed in paruulis aliena quia paruuli baptizantur in fide Ecclesiæ.

Tertiũ expressio vocalis formę à Christo institutæ, videlicet Ego te baptizo.&c.

Quartum est ablutio aquę in digniori parte si fieri potest, hoc additur ob casum fortuitum.

Quintum, quod ablutio illa fiat ab vno & eodem tempore quando forma verborum exprimitur.

Quare variata est forma baptizandi, & non est seruata illa qua vtebantur Apostoli videlicet in nomine Christi?

RESpondent D. Tho. & Pet. de Pal. quòd mutata fuit dispensatione spiritus sancti. Fuit factum etiã quòd tunc sic credentes baptizarentur. Dicitur etiam Apostolos non mutasse formã quã tùm ad intellectum, quia in nomine Chri



ſti intelligitur tota Trintitas, cuius opera ad extra ſunt indiuiſa. Magiſter in 4. D. 3. dicit quòd neq; Eccleſia neq; Apoſtoli poſſent mutare ſine conſilio ſpiritus sācti.

An forma baptizandi ſeruata ab Eccleſia Grecorū differat à noſtra?

Reſpondetur quòd non quantùm ad eſſentialia ſic enim Greci baptizāt. Baptizetur ſeruus Chriſti. N. in nomine patris. &c. Differūt ab Eccleſia Romana pœnes tria in forma baptizandi.

Primum. perſonam enim miniſtri nō exprimunt, quod quidem ſecundū Theologos fuit factum ad remouendum errorem qui fuit in primitiua Eccleſia, quoniam qui baptizabantur baptiſmi efficaciam attribuebant baptizanti: ut dicitur primo cor. 3. Ego quidē ſum Pauli, alius autem Apollo, illud verbum. Ego, in forma noſtra intelligitur miniſterialiter, nō autem efficaciter ſiue principaliter.

Secundum differunt in hoc quòd ſignificāt actum ſub alia perſona ſilicet tertia, & ſub alio modo, ſubiunctiuo vel optatiuo, ad ſignificandum quòd actus exterior expectatur ab extra.

Tertium, quia perſonam baptizatam

ponunt in nominatiuo,&in tertia psona:

An Monſtrum debeat baptizari?

SI ſint duo colla,vel duo capita,& duo pectora,tunc videntur eſſe duo corda & ſic ſunt baptizandi vt duo,& quamuis præſumatur poſſe plures ſimul baptizari,tamen melius,& tutius vt ſigillatim baptizentur , ſi verò dubium eſt vtrũ ſint duæ animę,tunc primò baptizetur vnus, deinde alter,cum conditione: ſi non eſt baptizatus,& caueat miniſter ne baptizet intentione vaga.

Quid faciendum ſi in partu exeat brachium , vel pes.

QVoniam eſt eminens periculũ ne creatura illa pereat ſine baptiſmate; cum non appareat caput quod debet baptizari,atq; ignoratur an ſit maſculus vel femina. Dicitur , baptizandum eſſe illud membrum enixum,licet non appareat caput, cum anima ſit tota in toto, & tota in qualibet parte. Et quo ad formam baptizandi, debet ſic baptizari Ego baptizo te creatura Dei in nomine. &c.

An coactè baptizatus recipiat Sacramentum?

RESpondet Archi. Flo. duplicem esse coactionem, vnam ab solutam, silicet quando nullo modo consentit, iste non recipit sacramentum, Alteram esse coactionem conditionatam, puta timore mortis, eligens magis baptizari quàm mori, iste recipit caracterem idest distinctiuum signum, sed non gratiam, & talis cogendus est seruare fidem.

An filii Iudeorum, & aliorum infidelium sint baptizandi inuitis parentibus.

RESpondet Tabie. huiusmodi filios bifariam posse considerari, vno modo vt habent vsum rationis. Altero modo ut non habent. Primo modo quãtũ ad ea quæ iuris diuini vel naturalis sunt: incipiunt suæ potestatis esse, & ideo propria voluntate inuitis parentibus baptismum suscipere possunt, sicut, & matrimonium contrahere, quare tales licitè possunt moneri, & mitti ad suscipiendum baptismum. Secundo modo silicet vt non habent vsum liberi arbitrii, secundũ ius naturale

Quãdó filii Iudeorũ possũt inuitis parẽtibus baptizari.

naturale ſunt ſub cura parentum, quamdiu ſibi ipſis prouidere non poſſunt, quapropter contra iuſtitiam naturalem eſſet ſi tales pueri inuitis parentibus baptizarentur.

Eſſet etiam periculoſum huiuſmodi filios infidelium baptizare, quia de facili ad infidelitatem redirent, propter affectum naturalem ad parentes.

An baptiſmus ſoluat Matrimonium inter infideles contractum?

MAgiſter in 4. D. 39. & oēs Theologi tenent quòd ſoluat hoc modo videlicet. Si aliquis infidelis vel paganus conuertitur, cuius vxor non vult conuerti, vel non vult ei cohabitare ſine contumelia creatoris, abhorrendo, ſilicet, & blaſphemando chriſtianitatis nomen, Talis conuerſus poteſt contrahere cum alia etiam viuente tali vxore requiſita tamē ſi vult conuerti, ut de Diuor. c. 5. Et nota quòd in hoc caſu ſoluitur vinculum matrimonii. Sed ſi vult cohabitare abſq; contumelia creatoris poſſunt commanere, & inter eos poteſt eſſe copula carnalis, & ratio eſt, quia (ut dicit D. Tho. D. 39. quarti) quòd tunc vir non poteſt

Quādo ſoluitur vīculum matrimonii

emittere votum castitatis, cum inter eos sit verum matrimonium, sed non est sacramentum, vide infra impedimentum cultus.

Quid de filiis eorum altero in infidelitate remanẽte cui debẽt dari.

REspondet D. Tho. vbi supra, si sunt adulti possunt sequi quem volunt. Si verò sunt pueri ante vsum rationis, debent dari volenti conuerti, nõ obstante quòd partus debeat sequi ventrem, vel altero indigeat, & hoc fauore fidei.

DE CONFIRMATIONE.

1 De eius ordine.
2 De necessitate.
3 De institutione.
4 De deffinitione.
5 De Materia.
6 De Forma.
7 De Ministro.

1 Quare confirmatio — COnfirmatio non ab re baptismi sacramentum immediatè sequitur, quamobrem in baptismo regeneramur ad vitam. Post baptismum cõfirmamur

mur ad pugnam. In baptiſmo abluimur. Poſt baptiſmum roboramur. In baptiſmo in Milites Christi recipimur, ac ſignamur poſt baptiſmum armis ſalutis armamur, & hęc omnia nobis condonantur Confirmationis beneficio.

immediatè ſequitur Baptiſmum.

2 Hoc ſacramentum eſt neceſſarium ad ſalutem non ſimpliciter, ſed vt operatur ad perfectionem ſalutis, dummodo non pręternittatur ex contemptu ſacramenti.

Quō ſit neceſſaria.

3 Inſtitutum fuit hoc ſacramentū à Christo Ieſu in vltima cœna. Ioan. 15. & 20. quando dominus inſuflauit in Apoſtolos dicens. Accipite ſpiritum ſanctum, & in Actibus apoſt. primo Vos autem ſedete in ciuitate quoaduſq, induamini virtute ex alto, & iterum, accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuperuenientis in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem &c.

quādo fuit inſtituta.

4 Confirmatio eſt ſacramentum ſpeciale ordinatum ad quandam perfectam ætatē ſpiritualem, & etiam ad augmentū gratiæ. In hoc etiam ſacramento agitur quòd quicquid in baptiſmo ad emundationem purificationēq; accepimus, ſit quoq; ad robur & augmentum virtutis aduerſus diaboli inſultus, vt inuicti perſiſtamus.

Quid confirmatio.

5 Materia huius ſacramenti eſt Criſma, quod ex oleo oliuæ, & Balſamo cōficitur

Triplex oleum in Ecclesia.

tur. Vnde in Ecclesia Dei triplex oleū in die Cœnæ domini per Episcopos cōsecratur. Oleū infirmorū Oleū cathecuminorū, & Crisma. Iste ritus est vetustissimus à sāctis Ecc. patribus traditus ex Dionisio, videlicet, Clemēte, Fabiāo, Cipriano, Hieronimo, Augustino, & est receptus non solum in Romana Ecclesia, sed per totam Ecclesiam catholicam approbatus atq; obseruatus.

6 Quæ eius forma.

Forma qua datur est, Cōsigno te signo crucis, & confirmo te crismate salutis in nomine patris & filii, & spiritus sancti amen.

7 Quis minister.

Minister est Episcopus, quoniam episcopi obtinent summam potestatem in Ecclesia, sicut in primitiua ecclesia per impositionem manuum Apostolorum, quorū vicem gerunt episcopi, plenitudo spiritus sancti dabatur, vt legitur in Act. Tunc imponebāt manus super illos, & accipiebāt spiritum sanctum.

An hoc sacramentum sit nobilius sacramento baptismi, eo quia nō potest cōferri nisi per Episcopum.

Respondetur, & si conferatur in parte nobiliori capitis in fronte silicet, & presbiteris licet baptizatos tantū

tangere

tangere in pectore, crismate signare in frõ te. Non est propterea maius baptismate, sed vt clarius dicam vnum sacramentum esse præstantius altero, contingit dupliciter. Vno modo quod maiorem conferat virtutem & vtilitatem. Altero quidem modo, quia à dignioribus datur, vt puta ab Episcopo, hoc pacto Confirmationis sacramentum dignius dici potest, & etiã quia maius augmentum virtutum præstat, licet Baptismus plus ad remissionem valeat. Magister ĩ.4. D.7. ibi Melchiades.

Quõ vnũ sacramẽtum altero est præstã tius.

Hoc sacramẽtum esset à ieiuno Episcopo conferendum, ob venerabilitatem huius sacramenti, à ieiunoq; esset recipiendum, In necessitate tamen confertur post prandium, præsertim quando est multitudo confirmandorum, quæ ante prandiũ commodè expediri non potest.

Quando esset recipiẽda.

DE EVCHARISTIA.

Hæc sunt dicenda.

1 Quid sit

2 Quot modis dicatur

3 De eius necessitate

4 De dispositione ad illud

5 De eius dispensatoribus

6 Quibus possit dari.

7 qui debent repelli.
8 Quid credendum eſt de hoc ſacramento.
9 De eius vtilitate, & fructibus.

Ad primum.

Quid ſit. Euchariſtia idem eſt quod bona gratia, dicitur enim ab eo quod eſt bonum, & charis gratia.

Ad ſecundum.

Tria ſunt in quolibet ſacramẽto ſcilicet. Origo Perfectio Finis. IN quolibet ſacramento ſunt tria conſideranda, ſcilicet Origo, Perfectio, & Finis ad quem eſt, Origo autem omnium ſacramentorum eſt paſſio Chriſti, de cuius latere (ut ſupra dictum eſt) in cruce pẽdentis ſacramenta fluxerunt. Perfectio ſacramenti eſt in hoc quòd continet gratiã Finis, qui duplex eſt proximus, ſcilicet ſanctificatio recipientis, vltimus, vita ęterna. Hæc autem per excellentiam quandã in Euchariſtia inueniuntur, quia hoc ſacramentum eſt ſpecialiter in memoriam dominicæ paſſionis ut dixit. Saluator Math. 26. Quotienſcunq; feceritis. &c. vt dicit etiam Apoſt. primo cor. 11.

Sacrificium. Sacrificium ergo dicitur quantùm ad originem vel Hoſtia, quod appellãt Theologi ſacrificium commemoratiuum, ſimiliter etiam gratiam, non per modum intẽtionis

tionis continet, ſicut & ſacramentalia, ſed plenitudinem gratiæ in ſuo fonte, ideo antonomaticè Euchariſtia dicitur.

Cõmunio appellatur, quia eſt omniũ conſumatiuum, vt dicit Dio id quod eſt omnium congregare ad vnum, huic ſacramento attribuitur hoc quòd dicatur communio. Cõmunio.

Synaxis, idem eſt quod congregatio ad vnum, quando homo accedit ad hoc Euchariſtię ſacramentum, vnitur, & congregatur ad ſe ipſum, ad Eccleſiam, & ad Ieſum Chriſtum. Synaxis.

Viaticum dicitur quãtum ad vltimum finem conſequendum maximam efficaciam habet, quatenus realiter cõtinet hoc quo ianua cęli nobis aperta eſt, ſilicet prę cioſum ſanguinem Chriſti. D. Tho. D. 8. quarti. Viaticum.

Diuerſis ergo nominibus à diuinis ſcripturis exprimitur, & hoc ratione repreſentationis, & continentiæ.

Sacrificium inquantũ repræſentat paſſionem Chriſti.

Hoſtia inquantũ continet ipſum Chriſtum qui eſt hoſtia altaris, ut ad Eph. 5. Et tradidit ſemet ipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, & hoc reſpectu prętєriti, quatenus repreſen Hoſtia

tat passionẽ, preteritã quę fuit verũ sacrificiũ. Est secũdò respectu præsentis cõtinẽs gratiam vnitatis per quam corpori mystico Christi vnimur.

Est etiam significatiuum, vel causatiuũ respectu futuri silicet fruitionis diuinę, & sic dicitur viaticum, perinde vt nobis præbet viam illuc perueniendi.

Eucharistia ẽ sacramentũ non solũ repsentatiuũ, sed contẽtiuũ.

Nota quando dictum est Eucharistiam esse sacramentum representatiuum, & significatiuũ, Ecclesia sancta intelligit sacramentum huiusmodi non solum significare corpus Christi sacramentaliter, sed cõtinere ipsum Christum incruce passum, & sacramẽtaliter, & realiter, nõ quo ad accidentia humana, vt ad pasibilitatem, & huiusmodi sed quo ad diuinissimam, & humanã ipsam substantiã, ad cuius positionem ruit perfida aduersariorũ opinio.

Cœna.

Cœna appellatur, ex tempore institutionis ipsius sacramenti, eo quia Christus instituit illud in vltima cęna facta cum discipulis suis.

Quare potius in Cœna quã in prandio instituit hoc sacramentum?

QVia post prandium expectatur cœna. At post cœnam nisi somnus superest ad quiescendũ corpus ideo post

post Christum alios nõ desideramus prophetas, sed mortem expectamus, & vniuersalem corporum resurrectionem, & aduentum Iesu Christi ad iudicandum Voluitq; hoc vltimum infigere cordibus discipulorum à quibus digressurus erat per passionem, vt immensum illud beneficiũ à memoria eorum nunquam decideret.

Ad Tertium.

EST necessarium hoc sacramentum de iure diuino, quia Christus illud instituit, ac præcipit illud fieri in sui commemorationem, & ad vitam æternam consequendam. Nisi inquit, manducaueritis carnem meam &c. Ioãn.c.6. Quot modis Eucharistia ẽ necessaria.

Est necessarium non necessitate absoluta, vt Deus ẽ, neq; coactionis, quibus duobus modis nullum sacramentum est necessarium, D. Tho. D.7. quarti.

Est ergo necessarium necessitate finis, quæ duplex ẽ, vna simpliciter idest quòd non possumus consequi finem, vitam silicet æternam, nisi communicemus, ut dixit Saluator. Qui manducat hunc panem habet vitam æternam. Altera est necessitas ad bene esse id est quòd melius poterimus consequi vitam æternam. Si loqua

eſt, ſi in ebdomoda ſancta, vel infra octauã dominicæ Reſurrectionis ſecundum meliorem diſcretionem vel diſpoſitionẽ ſanctum Euchariſtiæ pignus acceperit, & ſic quantum ad pręceptum vel ſatisfactionẽ non eſt amplius diſputandum.

Quantùm verò ad conſilium, eſſet conſulendum quòd communicent in illo iſtorum dierum ſilicet à dominica Ramis palmarũ vſq; ad octauam paſche incluſiuè, quando videtur ſibi deuotius communicet, vel ſecundum, quod vrget neceſſitas.

Semel in anno) Quoniam in primitiua Eccleſia ſtatutum fuit vt fideles quotidie communicarent, quia vigebat deuotio fidei Chriſtianæ, & Anacletus Papa idem ſtatuit. Poſtea ter in anno ſilicet in Paſchate, in Pẽthecoſte, in Natiuitate domini. Innocent. ſtatuit ſemel in anno, tamen in Ec. Dog. cõſulitur quod in omnibus dominicis Dicit ergo ſaltem vel ad minus in Paſchate, qua ſi dicat bonum eſſet pluries, ſed ad minus in paſchate.

Niſi de prorij ſacerdotis cõſilio) Videlicet quod non debet quis obſtinere de conſilio alterius, ſed proprii duntaxat ſacerdotis.

propter

Propter rationabilem causam)

Quæ est ad faciendam debitam præparationem, quam negligenter ommisit, iuxta illud .1. cor. 1. Obser

Probet autem se ipsum homo &c. Nõ uent enim conuenit vt qui multis seu magnis Cofes- criminibus fuerit inuolutus statim etiam sores post confessionem accedat de Confe. D. Paro- 2. Si quis intrat. Et Thom. dicit post pec- chi. catum mortale non debet communicare Prædi vsque ad. 24. horas. catores

Neq; esset causa rationabilis quod quis dicat se non posse indulgere vel alienum restituere, & huiusmodi, seu aliud ad ꝙ tenetur. Hic enim (nisi pœniteat) excommunicandus est, de Consec. ibi supra si quis intrat.

Ad Quartum.

Requiritur actualis dispositio, videlicet deuotio vt mens actualiter feratur in Deum, meditando passionẽ Iesu Christi, & effusionem sui sanctissimi sanguinis, qui effusus fuit pro peccatoribus acceptantibus hoc vnicum beneficiũ, & de suis peccatis amare flentibus, cum fide, charitate, spe in Dei misericordiã, sunt

& alię conditiones dispositionis ad bene esse vt reuerentia, sicut dicit Durandus.

Prima vt summat discretè non conterẽdo dentibus, nec voluendo per os ne aliqua pars remaneat, sed leniter cũ lingua reducatur ad guttur.

Secunda quod non statim post cõmunionem expuat, ne si pars adhesisset dentibus simul expuatur, vel illa saliua expuatur, quæ tetigit.

Tertia ꝙ non statim comedat alios cibos vnde debet esse tanta mora ꝙ illæ species sint consumptæ vel alteratæ, propter reuerentiam tanti sacramenti. Non enim requiritur tale spaciũ sicut dicitur in. c. Tribus de Consec. D. 2. quia illud abrogatũ est, faciant tamen aliquas orationes post sumptionem.

Ad Quintum.

Dispẽsatio. Ad sacerdotem pertinet dispensare corpus Christi propter tria.

Primum quia ipse cõsecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut consecrauit corpus suũ in cœna, ita & aliis summendum dedit. Quare sicut ad sacerdotẽ pertinet consecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio.

Secundũ

Secundum, quia ſacerdos conſtituitur medius inter Deum, & populum, Vnde ſicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona ſanctificata diuinitus populo tradere.

Tertium, quia ob reuerẽtiam huius ſacramenti nulla res contangitur niſi conſecrata, vnde & corporale, & calix conſecrantur, ſimiliter, & manus ſacerdotis ad tangendum hoc ſacramentũ: vnde nulli alii tangere licet, niſi in neceſsitate, puta ſi caderet in terram, vel in aliquo alio neceſſitatis caſu.

Ad Sextum.

EXiſtens in peccato mortali occulté nõ debet repelli nominatim, ſed debet ſacerdos eum admonere ad partem ne ſe ingerat, quia nec Chriſtus Iudã à communione reiecit. Quib. poſſit dari.

Publico peccatori, videlicet quando recõciliatus eſt eccleſiæ, & conuerſus.

Mulieri patienti menſtrua. D. 5. ad eius.

Patienti fluxum ſanguinis, vel ſeminis, & & leproſis.

Furioſis, & manentibus in lucidis interuallis.

Demoniacis, niſi fortè certum ſit pro ali-

quo crimine à diabolo torqueantur.

Stolidis, aut amentibus qui debilē mentem habent si tamen aliquo modo docibiles sunt eorum quæ ad fidem, & deuotionem pertinent.

Pueris incipientibus vsum discretionis habere, & actualem deuotionē potest dari ante perfectam ætatem, puta si sint. x. vel. xi. annorum. Q. 84.

Suspēsis in patibulo si pœnituerint. 30. 4. vlt. quesitum est & additur ratio, cum pro peccatis suis extremam pœnam soluant, non debent bis puniri.

Ex communicatis satisfacientibus in morte. D. 3. 31. de sepult.

Ad septimum.

quibus nō possit dari

PVgnantibus in duello secundū Glo ssam Monomāchiam, nisi verè pœnituerint, & peccata sua confessi fuerint in mortis videlicet Articulo, & consequenter non est eis neganda sepultura, & missa pro eis dicenda. Pet. 26. Hystrionibus, aut magicis, nec scenicis, hoc est publicis peccatoribus, apostatis. De Cōse. D 2. Sed postquam fuerint conuersi nō est eis neganda gratia communionis.

Raptoribus rerum ecclesiasticarum,

imo

imo debent priuari per quadrienium. 12. q.2. de Viro.

Ex communicatis, suspensis interdictis propter significationem sacramenti, quæ est vnio cum Christo, & Ecclesia. Extra de celeb. missæ. c. Cũ Marthę, tales enim separantur ab vnitate Ecclesię. Nec patiẽtibus polutionem nocturnam ex pręcedẽti crapula, vel cogitatione immunda, sed ex superfluitate naturę vel infirmitate potest dari.

Quo ad coniugatos.

QVilibet ante sacramenti communionem debet abstinere à propria vxore 3. aut.4. aut.5. aut.6. diebus, de Consec.D.2. Omnis homo, quod intelligendum est secundum doctores, nisi alter coniugum debitum exigat, & tunc qui inuitus reddit communicare potest, sed qui exigit non. D. Tho. dicit, quod si fiat causa prolis procreãdę, & nõ libidine voluptatis, tunc nõ impedit sumptionẽ.

An si mus comedat illas species transibit corpus Christi in eius vẽtrẽ.

REspondet S. Bonauentura in. 4.D. 3. quod non quia Christus non est sub illo sacramẽto, nisi eatenus qua

tenus est ordinabilis ad vsum humanum silicet ad māducationem . Sed sicut quàm cito mus rodit, ita tam cito inhabile facit, & sacramentum esse desinit.

Ad Octauum.

CRedendum est, quod in hoc sacramento est idem Christus, qui de virgine natus est, & pro nobis passus, continetur sub vna quantitate, sed nō quā tificatiuè, hoc est non vtitur illa quantitate occupando locum, sic etiam non vtitur claritate illuminando aerem.

Credendum est, quod corpus Christi potest esse in pluribus locis, quātumcūq; plures panes transubstantientur in ipsum Vnde in cœlo est localiter, in verbo¦ diuino personaliter, in altare sacramentaliter. Secundum naturale eius est esse in cœlo in vno tantùm loco . Secundum esse sacramentale potest esse in diuersis locis, est ergo hic secundum quod multa in ipsum transmutari possunt. Vnde dicit Per. de Tharan. quod secundum quod est vnum, & indiuiduum in se non potest esse nisi in vno loco, sicut nec angelus , nel aliud corpus, sed secundum . quod in ipsum multa transubstantiari possunt indiuidua , sic

potest

potest esse in diuersis locis.

Credendum est, quod illa accidentia manent sub subiecto post consecrationẽ virtute diuina: retinent tamen ibi modum agẽdi vel patiendi in corpore Christi quẽ prius habuerunt.

Credendum est, quod facta consecratione vlterius non manent in Hostia consecrata substantia panis, nec in vino substantia vini, sed statim corpus Christi fit in hostia, & sanguis Christi in calice, ita fuit conclusum sub Alexandro.4. & Mart. 5.

Credendũ est, quod fractio quæ fit in Hostia, non fit in corpore Christi, sed tantũ in speciebus Hostiæ. Vnde accidentia ibi manentia sine subiecto dicuntur frangi, secundum Pet. D. 12. quia alias fractio est quædam diuisio. Diuisio verò est passio quanti vt quantum In sacramento autem est aliquid quantum per modum quanti vt species. Aliquid est quantum non per modum quanti, vt corpus Christi, ideo dicendum est, quod fractio vel diuisio fit in speciebus & non in corpore Christi.

Credendum est, quod corpus Christi in hoc sacramento propriè non videtur vt dicit. D. Tho. Quod non capis quod nõ vides animosa firmat fides. Est etiam ratio Gregorii, quia tunc ibi non esset aliud vi-

ſum , & aliud creditum . Item alia ratio naturalis quia nullum corpus videri poteſt niſi habeat accidẽtia in eſſentia, vel niſi ſit coloratum formaliter vt patet de pariete. Nec tamen errant Laici qui dicũt ſe videre corpus Chriſti , ſicut illi non errauerunt qui dicebant ſe videre Angelos in aſſumpto corpore: quos tamen non viderunt in quantum fuerunt ſpiritus, & ſimile apparet de homine armato, quem dicis te videre, cum tamen nec faciem nec mẽbrum aliquod nudum eius videas, imo vt dicit Varro. D. 5. q. 9. Nulla creatura naturali cognitione: nec Angelus poteſt cognoſcere ibi eſſe corpus Chriſti, licet tamẽ viſione gloriosa, & intellectuali poteſt cognoſci , oculus tamen glorificatus illud videre non poteſt corporaliter ſecundum Thomam. Vnde glorificati vident corpus Christi in ſacramento viſione intellectuali, non aut corporali.

Credẽdũ est, ꝙ in hoctia ſunt quatuor, & quatuor in calice ſimiliter credẽda.

Primum, in hostia virtute verborum ẽ corpus Christi, quia illud veraciter continetur in Hostia , de quo verba faciunt mentionem , quia ibi dicitur. Hoc eſt corpus meũ , vbi nihil dicitur de anima , nec de Deitate, nec de ſanguine.

Secundum

Secundũ eſt ibi ſanguis Chriſti nõ principaliter ſed ex cõcomitantia quadam neceſſaria: quia corpus verum, & viuum nõ eſt ſine ſanguine, vnde dicitur anima eſſe in ſanguine.

Tertium, eſt ibi anima Chriſti ex concomitantia mediata, quia impoſſibile eſt animam informare, & perficere corpus niſi corpus ſit diſpoſitum, ſed ſine ſanguine non eſt corpus ibi bene diſpoſitũ, nec etiam organizatum Ibi ex conſequenti ẽt eſt anima, cum ibi ſit corpus diſpoſitum per ſanguinem, & hoc eſt dicere mediante ſanguine.

Quartum eſt, ibi Deitas ex quadam cõcomitantia remota: quia corpus & Deitas ſunt diſparia: tamen ex quo Chriſtus natus fuit ex Maria virgine verus homo, & Deus: ideo etiam hic eſt verus homo, & Deus. Similiter dicitur de Calice, ꝙ ibi primò ẽ ſanguis quia de illo verba faciũt mentionem ſecundò ex concomitãtia immediata, ibi eſt corpus Chriſti. Tertio ex concomitantia mediata ibi eſt anima Chriſti. Quartò ex concomitantia quadam remota ibi eſt Deitas.

Credendum eſt quòd in hoc ſacramento aliquod eſt Sacramentum, & non res ſacramenti, ſicut ſpecies ſenſibiles panis, &

vini, & illæ species sunt creaturæ. Vnde adorator videns Hostiam, non debet ferre intentionem principaliter ad id quod videt, sed ad id quod credit ibi esse: silicet Christum. Secundo inuenitur ibi sacramentum, illud sacræ rei signum, quia significat spiritualem refectionem, & dicitur res quia hoc ipsum facit per gratiam quā continet. Tertio est ibi aliquid quod est res sacramenti, & non sacramentum, sicut est gratia data dignè suscipienti, & hęc gratia est res significata, nihil tamen significari. Quartò est ibi aliquid quod nec est res sacramenti, nec sacramentum, vt sunt illa omnia quę sunt concomitantia hoc sacramentum, siue sint accidentia propria, siue communia, & illa dicuntur potius formæ accidentales siue species

Credendum est, ꝙ non est de necessita te salutis perceptio sanguinis, sicut corpo ris Christi, cum Christus totus sub altera specie tantum summatur. Et in hoc sacra mento duo attenduntur. Vnum quod est significatio. Alterum quod est efficacia. Si gnificatur enim per istas duas species, silicet corporis, & sanguinis seorsum sumptas per sacerdotem tempore celebrationis quòd sanguis Christi in cruce fuit diuisus à corpore suo vt Gorra super Math. cū

autem

autem ſacerdos tantùm non populus habeat huius facti ſignificationem ex ordine ſuo exprimere, tantũ ipſe, non populus ſub vtraq; ſpecie debet ſumere, eo ꝙ ipſe tunc gerit vices Chriſti, populus autem non, & ideo populo non eſt opus de ſignificantia, ſed de efficacia, & quia efficacia ẽ ęqualis ſub vtraq; ſpecie, ideo populo traditur ſub altera ſpecie in qua tradi poteſt cum reuerentia.

Ad Nonum.

PRimus fructus eſt, conferre gratiam 1
cũ virtute charitatis, & ęxcitatur ani- De vti
ma in actum, & reficitur ſpiritualiter litate.
& per hoc maximè delectatur, & quodam modo in ebriatur à dulcedine bonitatis diuinæ.

Secundus. Virtutes augẽtur, & nutriũ 2
tur ſicut per cibum corpus augumentatur & nutritur.

Tertius remittuntur peccata. 3

Quartus, pręſeruatur homo à peccatis, 4
quia ſpiritualiter roboratur. Vnde Innocentius dicit Euchariſtia liberat à malo, conſeruat in bono, delet venialia, & cauet mortalia.

Quintus eſt certum pignus remiſſionis 5

peccatorū, immortalitatis & vitæ æternę.

6 Sextus, fidelis sumens hoc sacramentum efficitur templum Christi, caueat Christianus ne membra sua faciat membra meretricis. Absit (inquit Apost.) nō potestis mensæ domini participes esse, & mensę demoniorum. 1. cor. 10. & secunda cor. 6.

DE CONFESSIONE.

QVoniam ad confessionem requiritur necessariò pęnitentia, ideo pertractandum est de ea, & primo.

1 Quid sit.

2 Quod sunt partes eius.

Quid Pœnitentia, quod modis dicitur

Ad primum, est prius distinguenda. Magister in. 4. D. 14. duplicem dicit pœnitentiam, vnam interiorem tantùm, & est dolor pro peccatis, & hæc est de iure naturæ. Alteram exteriorem quę fit arbitrio hominis, silicet imposita per sacerdotem, prima non est sacramentum propriè sed secunda, silicet per ministros Ecclesiæ imposita. Materia huius sacramenti est actus ministri silicet sacerdotis quem exercet circa peccatorem absoluendo ipsum.

Forma licet à Christo non sit instituta certa tamen secundum doctores est hæc,

quòd

quòd primo præmittatur oratio silicet illa Dominus te absoluat, vel Misereatur tui omnipotens Deus &c. & tũc sequitur forma essentialis videlicet. Et ego autoritate qua fũgor absoluo te à peccatis tuis in nomine patris, & filii & spiritus sancti &c.

Quid Poenitentia.

MAgister in. 4. D. 14. Sic enim eam deffinit Poenitentia est virtus qua commissa mala plangimus cum emendationis proposito.

Ambro. Poenitentia est virtus cordis, amaritudo animæ pro malis quæ quis cõmissit.

Idem Poenitentia est mala præterita plãgere, & plangẽda iterum non cõmittere.

Tres fructus poenitentiæ.

Primus, sanatio vulnerum cordis. 1

Secundus, tuta armatura in insidias hostis. 2

Tertius, Aperitio regni coelestis. Mathe. 3. & 4. 3

Poenitentiam agite appropinquabit. n. regnum coelorum.

Ad Secundum.

Poenitentia vera perfecta, & fidelis debet habere contritionem, absolutionem, & satisfactionem.

Poenitentię partes.

quid contritio.

Contritio est dolor pro peccatis voluntariè assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Sed duplex est dolor, vnus volontatis, qui non ē aliud nisi displicentia peccati, & iste est de necessitate, & essentia contritionis. Alter est dolor sensibilis qui apparet lachrimis, & suspriis, & iste non est de essentia contritionis, sed de perfectione: quia non est in nostra potestate eam habere quando volumus.

Quid Cōtritio, & Attritio.

Nota differentiam inter Contritionem & attritionem, nam Cōtritio perfecta (ut dictum est) est intima voluntatis displicētia, & verus intensusq; cordis dolor ꝓ peccatis. Sed Attritio est quædam displicentia de peccatis, vel propositum dolendi.

Partes Satisfactionis.

Elemosyna, Ieiuninm, Oratio, & Sacrificium, Peccator duplici vinculo ad satisfaciendum astringitur. Vno quoligatur ad Deum; & illud in contritione vera dimittitur. Altero quo ligatur ad Ecclesiam: & hoc per confessionem, & satisfactionem dimittitur, & per absolutionem sacerdotis relaxatur, & licet pectum dimittatur quo ad reatum per contritionem

tionem, manet tamen obligatio ad pœnam temporalem per Sacerdotem infligẽdam.

De Confessione hęc sunt dicẽda.
1 Quid sit Confessio.
2 Quæ conueniant in actu cõfessionis.
3 De eius necessitate.
4 De institutione.
5 Quomodo est de iure diuino.
6 Quomodo papa potest i ea dispẽsare.

Quid sit Confessio.

D. Tho in quarto D. 17. q. 3. ar. 2. diuersas adducit diffinitiones.

Aug. Confessio est per quam morbus latens spe veniæ aperitur.

Grego. Confessio est peccatorum detestatio, & ruptio vulneris.

Ray. Confessio est legitima coràm sacerdote peccatorum declaratio.

Alii. Confessio est sacramentalis delinquentis accusatio ex erubescentia, & per claues Ecclesiæ satisfactoria obligans ad peragendam pœnitentiam iniunctam.

De Secundo.

Substantia actus, silicet manifestatio quædam. Quæ conueniant i

Confes sione. De quo fit, videlicet de peccatis.
Cui fiat, hoc est Sacerdoti.
Cuius causa silicet spe venię.
Effectus eius est absolutio à parte pœnæ, & obligatio ad pœnitentiam soluēdā

De Tertio.

De necessitate. D. Tho. in quarto D. 13. Passio, inquit, Christi cuius uirtute originale peccatum dimittitur, in nobis operatur salutem per sacramentorum susceptionem, quæ ex ipsa efficaciam habēt, Ideo ad culpæ remissionem, & originalis, & actualis requiruntur sacremēta Ecclesiæ, vel actu suscepta, vel saltem voto vel intentione quando fuerit in articulo necessitatis.

Confessio semꝑ fuit necessaria. Præterea Tho. in præ licta D. dicit, ꝙ Confessio semper fuit necessaria, non tamen semper absolutio. In lege enim naturę fiebat confessio soli Deo sine alio signo exteriori. In lege autem Moysi fiebat signum exterius in communi per oblationem hostiæ pro peccato, In lege autē noua oportet, ꝙ speciale peccatum & circunstantias sacerdoti manifestet, & ab ipso absoluatur, & ita absolutio non est de lege naturæ, sed diuina, quare sicut Deus dispo suit ita debet fieri.

De Petro, Paulo, & Magdalena, & simi libus, & si non legatur eorum Confessio, potuit tamen fieri, Multa enim sunt facta quæ non sunt scripta.

Obseruandum est Christũ habere potestatem excellentię in sacramentis. Vnde sine his quæ ad sacramentum pertinẽt potest rem sacramenti conferre. Idem dicitur fecisse de muliere peccatrice Ioãn. 8. et de Adultera in quibus per interiorem pœnitentiam absq; exteriori signo pœnitentię sacramento gratiam operatus est, potestate videlicet excellentiæ.

Xp̃us quomodo habeat potestatẽ excellẽtię in sacramẽtis.

Ad quartum, & quintum.

FIrmissimè tenet sacrosancta Ecclesia omnia sacramenta immediatè à Christo Iesu fuisse instituta, & ex consequenti nullum posse mutare id quod pertinet ad formam essentialem sacramenti, nisi ex speciali consilio spiritus sancti.

A quo & quã do fuit instituta.

Huius sacramenti institutio apertissimè innuitur in hoc qui baptizabantur confitebantur peccata sua. Quando etiam Dominus misit Leprosos ad Sacerdotes. Et apud Math. xi. vbi saluator Petro vtrãq; clauium potestatem tradidit. Et Luc. vltimo Oportet prædicare in nomine ipsius

pœnitentiam in remisſionē peccatorū in omnes gentes. Etiam apud Ioannē. xx. Accipite ſpiritum ſanctum quorū remiſſeritis peccata &c. Hæc eſt validisſima huius ſacramenti baſis, quoniam ſi autoritas abſoluendi à Chriſto Ieſu confertur, ergo in Eccleſia ē abſoluēdus, quare fruſtra Chriſtus ſapientiſſimus princeps hanc autoritatem in Eccleſia ſua inſtituiſſet, quòd â piorum auribus eſt alienum, & ab Eccleſia reijciendum.

Ad Sextum.

PApa non poteſt diſpenſare, ꝙ aliquis ſaluetur ſine abſolutione ſecundum quod obligat ex vi ipſius ſacramenti. Secundo poteſt diſpenſare ſecundū quod obligat de pręcepto Eccleſiæ, ut posſit diutius abſolutionem diferre. D. Tho. D. 17. quarti.

An Baptiſmus ſit magis neceſſarius quam Abſolutio?

REſpondet idem qui ſupra, & ibidē ꝙ ſic propter hoc quia eſt neceſſarius non ſolùm Adultis, ſed etiam pueris. Tamen Adultis abſolutio nō mi-

nus est necessaria, & quemadmodum qui habuit baptismum in proposito, solùm indiget baptismo actuali. Ita ille qui habuit absolutionem in proposito, vel quia ẽ cõfessus seculari sine absolutione, indiget actuali absolutione, intellige in actu si potest vel saltem in proposito.

De Autoritate absoluendi.

IAm dictum est hanc autoritatẽ à Christo esse traditam per claues illas Petro collatas, silicet scientiæ, & potestatis absoluendi, quia non absoluit nisi sciens vinculum, & potens.

Nota istas claues esse in Deo per autoritatem, in Christo per excellentiam, in Ministris verò per ministerium. Et obserua diligenter quòd in ministro sunt per modum causę efficientis, & non solùm instrumentalis, sicut peruese tenent aduersarii Ecllesiæ, quoniam sacramenta nouę legis agunt, & causant gratiam effectiuè instrumentaliter. D. Tho. in opusc. 22. c. primo.

Quõ Claues sunt in Deo, in christo & in sacerdotibus.

Nota etiam quãdo Sacerdos dicit Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, debet referri ad culpam, & non ad pœnam, quia non potest absolui ab vna culpa, nisi

Quid absolutio culpæ.

ab omnibus absoluatur. Absolutio culpæ nil aliud est quàm infusio gratiæ quã causat sacerdos ministerialiter.

Caueãt sacerdotes ne absoluãt cũ conditione.

Attende etiam diligentissimè quo ad formam absolutionis, videlicet, ꝙ absolutio à peccatis non potest fieri cum conditione, puta si satisfecerit, quia talis non ẽ simpliciter absolutus, & intelligitur de cõditione de futuro secus de p̃terito, quę nõ est propriæ cõditio, quia conditio suspendit actum usq; ad aduentum conditionis. & ex consequenti quando verba absolutionis operantur actiué ministerialiter (ut dictum est) si tunc agunt illa verba absotionis quando sunt, cum defficiant in prolatione non poterunt agere adueniente conditione quæ futura est, quoniam non erunt verba tempore conditionis, nec tũc silicet tempore prolationis nec habuerint effectum.

De conditionibus ad Confessionem requisitis.

AVdiens confessionem debet omni conatu obseruare cõditiones in fra positas, & persuadere pœnitenti vt huiusmodi habeat ac obseruet.

1 Sit simplex.i. vt non recitet in confessione nisi id quod ẽ ad quãtitatẽ peccati.

Humilis

2 Humilis.i. se miserum & infirmum, & gratiæ diuinę indignum confiteatur.

3 Pura.i. vt sit recta intentio ad veniam consequendam solùm, & ad Deum placãdum, & obediendum Ecclesiæ.

4 Fidelis id est vera.

5 Frequens id est sæpe confiteri.

6 Nuda.i. non voluatur obscuritate verborum.

7 Discreta.i. sciens & maiora cum maiori pondere confiteantur.

8 Libens.i. per electionem voluntariã sicut debent esse actus virtutis.

9 Verecunda.i. non se iactet de peccatis, aliquam sequi vanitatem comissam. Virtus enim primò summit initium in errore turpitudinis peccati.

10 Integra.i. vt non subtrahatur aliquid de iis quæ manifestanda sunt.

11 Secreta, quantum ad conditionem fori in quo de occultis conscientię agitur, & hoc propter scandalum aliorum qui possunt ex peccatis audire & ad malum inclinari. Ex pœna tamen satisfatoria non scãdalizatur ita aliquis, quia quandoq; pro paruo vel nullo peccato similia opera satisfactoria á fidelibus fieri solent.

12 Lachrimabilis silicet ex dolore mentis, & cordis de peccatis commissis, cum

proposito iterum huiusmodi non committerre.

13 Accelerata id est cito post peccatum mortale commissum cõfiteatur in actu si potest, si non, in proposito.

14 Fortis id est non dimittat aliquid propter verecundiam.

15 Accusans ex parte pœnitentis ex quo enim est pars sacramenti, sic concernit iudicium sacerdotis qui est minister sacramenti.

16 Debet parere sacerdoti.

Peccata esse deleta ex quatuor signis perpendi potest.

QVamuis nullus posit habere certitudinem an sit immunis à peccatis (teste Dauid) Delicta quis intelligit, potest tamen hoc cognoscere per quattuor signa.

1 Primum est, cum quis verba Dei deuotè audit Ioan. 8. Qui ex Deo est verba Dei audit.

2 Secundum, cum quis ad bene operandum promptum se inuenit, quia probatio dilectionis est exhibitio operis. Grego.

3 Tertium, cum quis propositum abstinendi à peccatis in futurum habet.

Quartum,

Quartum: cum quis de præteritis com 4
missis intimo corde dolet: Vnde si quis
per huiusmodi signa facta diligenti discus
sione suæ conscientiæ, quamuis fortè nõ
sufficienti, ad sacram communionem ac-
cedat, aliquo peccato mortali in eo rema
nente, cuius cognitionem non recorda-
tur non peccat, quoniam sacramentum
Eucharistiæ venialia delet, & mortalia
oblita.

Fructus Confessionis.

PRimus, frangitur superbia mentis hu 1
manæ, ac ceruix erecta cõtra Deum.
Porrò nulla potest esse maior sub-
missio, quàm ut homo sponte se se sub-
mittat ad pedes hominis, eiq; prodat non
solùm facta sed & cogitata.

Secũdus, discimus nosse nos ipsos, quæ 2
est præcipua sapientiæ pars.

Tertius maximis quibusdam malis me 3
detur sacerdos, quæ sunt pestilens securi
tas, & hac etiam pestilẽtior gloria de pec
catis, deniq; desperatio diuinæ clementię,
cuius primus autor fuit Caim detractans
confessionem.

Quartus, hoc sacramentum non medio 4
criter iuuat ad parandam idoneam dete-

ſtationem cõmiſſorum ex amore Dei proficiſcentem, ac ſerium certumq; propoſitum in poſterum ab omnibus abſtinendi quę Deum offendunt.

5 Quintus, pudor retegendi ſecreta peccatorum, velut expiatio quædam eſt, quę bonam pœnæ partem adimit, hominéq; cohibet ne facilè relabatur in eadem.

6 Sextus, confitens non ſolùm conſolationem remisſionis peccatorum accipit, ſed etiam conſilio exhortationeq;, ac præcatione ſacerdotis iuuatur quam plurimũ valere Iacobus teſtatur.

DE ORDINE.

Quatuor ſunt videnda.
Quid ſit ordo.
Quid ſit ordo ſacer.
Quomodo ordo ſit ſacramentum.
Quot ſint ordines.

Ad Primum.

Quid Ordo.

ORdo eſt quædam debita diſpoſitio partium ſecundum prius & poſterius, vt vltima per media perficiãtur & media per prima, & vbi eſt talis diſpoſitio ibi eſt pulchritudo, ac inde eluceſcit

ſcit ſapientia, & ordinantis prudentia. Quare hunc ordinem Deus poſuit, ornã do, in omnibus rebus, ſed longè pulcherrimum ordinem Deus ipſe poſuit in Eccleſia ſuà ſancta in qua quoſdam Doctores alios Euangeliſtas, & Sacerdotesq; cæterosq; miniſtros ſtatuit. Eſſet profectò incõditum vt ille qui omnia miro diſpoſuit ordine ſponſam ſuam Eccleſiam præſtantisſimo non illuſtraſſet ordine, & præcipuè ſacro.

Quid ſit Ordo ſacer.

Eſt ſignaculum quodam Eccleſię, per quod ſpecialis poteſtas traditur ordinato, quæ conuenit ordini ſecundum quod eſt ſacramentum Eccleſiæ.

Quomodo ſit Sacramentum.

ORdo eſt Sacramentum, quia ſacramentum nil aliud eſt niſi quædam ſignificatio homini exhibita cũ aliquo ſigno viſibili. Tho. D. 24. quarti quæſt. 3.

Sex sũt de ſubſtantia huius Sacr.

Eſt ſacramentum ordo quoniam habet ea quę ad ſacramentum pertinent. Sunt autem ſex de ſubſtantia huius ſacramẽti.

1 Pimum eſt poteſtas ordinantis, quia oportet ut ſit Epiſcopus.

2 Secundum est materia ſilicet vnctio in ſacerdotibus, & tactus illorum quę ſunt tangenda.

3 Tertium eſt forma verborum.

4 Quartum eſt ſexus virilis, quia femina ordinari non poteſt nec recipit caracterē ordinis ſi milies ordinaretur.

5 Quintum eſt intentio debita, vt Epiſcopus intendat cōferre & clericus ſuſcipere.

6 Sextum eſt, quod ordinandus ſit primo baptizatus, alias non ſuſciperet hoc ſacramentum, quia fundamentum omniū ſacramentorum & ianua eſt Baptiſmus.

De Ordinis inſtitutione.

FVit inſtitutum ordinis ſacramentū à Ieſu Chriſto in vltima cœna, & quādo Chriſtus reſurrexit in orbem terræ miſſurus Apoſtolos ſic alloquitur ſicut miſſit me pater, & ego mitto vos, & cum hoc dixiſſet inſuflauit in eis, & dixit, Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſſeritis peccata remittuntur eis &c. Ioan. 20. Hic vides Chriſtum Apoſtolos cerimonia quadam viſibili in opus ſuum ordinaſſe, & in eam rem gratiam ſpiritus ſigno quodam viſibili contuliſſe poteſtatem ordinatione huiuſmodi collatam quoq; confir-

maſſe

masse, ac stabilisse, vt quod ipsi eorumq; successores suo nomine in Ecclesia rectè peragerent. Deus perinde ratum haberet ac si per ipsum factum fuisset, idq; nō ipsorum, sed Christi merito, & virtute spiritus sancti operibus eorum assistente.

Quot sunt Ordines.

ORdo si propriè accipiatur secundū quod ordinatur ad sacramentum Eucharistiæ quod est sacramentū sacramentorum sunt septem quatuor silicet minores, & tres sacri.

Minores	Hostiarius. Lector Acolytus Exorcista.
Sacri	Subdiaconus Diaconus Præsbiter.

Minores vera pietate in Ecclesia fuerūt instituti ut tradit Dionisius. Nam quidam sunt omnino infideles credere non volentes, & hi totaliter à visione diuinorum, & à cætu fidelium arcendi sunt hoc pertinet ad Hostiarios. Hostiarii officium.

Lecto-ris offi-cium. Quidam ſunt volentes credere, ſed nōdum ſunt inſtructi ſilicet cathecumini, & ad horum inſtructionem ordinatur ordo lectorum, & ideo prima rudimenta ad doctrinam fidei veteris teſtamenti legenda eis committitur.

Exorziſtarum officiū. Qui verò ſunt fideles & inſtructi, ſed impedimentum habentes ex demonis poteſtate ſilicet energumini, ad hoc habet miniſterium Ordo Exorziſtarum.

Acolitorum officiū. Acolitus eſt vox græca, latine â ſequendo dicitur, eo quia ſequi debet diligenter ſeruiendo miniſtrantibus ſacra, deportando cereos quando legendum eſt euangelium vel ſacrificium offerendum, & ad ſignum lætitiæ demonſtrandum, ut ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & quamuis principalis eius effectus ſit miniſtrare in vrceolo quā in candelabro, denominatur ab actu ſecundario tanquam notiori.

Quid prima Tonſura. Prima tonſura ſiue corona non eſt ordo propriè dictus, quatenus ordo eſt ſacramētum imprimens caracterem, loquēdo ſecundum Theologos, & propter hoc Iura inter ordines non poſſuerunt primam Tonſuram, ſi autem loquamur de ordine communiter non vt eſt ſacramentum

tum

tum, sed vt est dispositio quædam ad diui num cultum, prima tonsura est ordo. Summitas capitis de super nudatur, vt eorum mens ad dominum libera monstretur, quæ reuelata facie gloriam Dei contẽpletur. Summitas enim capitis est eminẽtia mẽtis, nudatio capitis est reuelatio mẽtis. Clericus autem secretorum haud ignarus esse debet, Tondentur etiam capilli vsq; ad reuelationem sensuum silicet oculorum, & aurium, vt vitia in corde & opere pullulantia doceãtur præscindenda, ne ad audiendũ, & intelligendum verbũ Dei præpediatur mens pro quo seruato reddetur in excelsis corona. Tonsuræ verò ecclesiasticæ vsus à Nazareis exortus videtur qui prius crine seruato, deinde ob vitæ cõtinentiam caput radebant Num. 6. Hinc vsus inoleuit vt qui diuinis cultibus mancipantur quasi Nazarei id est sancti crine posito inueniantur sicut scriptum est, Ezechi. cap. 5. Fili hominis summe gladium accutum, & duc super caput tuum, & barbam, & in Act. 18. Apost. Priscillam & Aquilam hoc fecisse legimus. Paulus quoq; & alii quidam discipuli Christi hoc fecerunt. j. Cor. 11.

Tonsuræ vsus vnđ exo rtus

Subdiaconatus ordo.

Attendat sub Diaconus.

AD subdiaconum pertinet calicem, & patenam ad altare Christi deferre. his lex continentię imponitur, quia altari appropinquantes vasa corporis, & sanguinis Christi portant. Vnde illud Esai. 52. implere debent Mundamini qui fertis vasa domini. Deferre vrceolum cum aqua manili, & manutergium. Hoc officio vsus est dominus Iesus quando linteo se præcinxit & mittens aquā in peluim pedes discipulorum lauit, & linteo tersit.

Diaconatus ordo.

Diaconatus ī stitutio

INstitutionem, nomen, & autoritatem ex Dei præcepto in veteri testamento à Tribu Leui traxit Diaconi enim Leuitæ dicuntur, legitur Num. 4. Dominum Moysi præcepisse vt post ordinationem Aarō & filiorum eius prorsus tribus leui ad diuini cultus ministeria ordinaretur, & consecraretur domino, & seruirēt pro Israel coràm Aaron & filiis eius in tabernaculo, ipsiq; gestarent Arcam, & Tabernaculum, & omnia vasa eius, & in circuitu tabernaculi excubarent, à viginti.n. quinque annis & supra iussi sunt seruire in tabernaculo, quam regulā in nouo testamento

ſtamento ſancti patres ſanctiſſimè conſtituerunt, quia hæc ætas ad ferenda onera eſt robuſta.

Hic ordo ab Apoſtolis celebratus eſt quando vt legitur in Act. c. 6. Septem viros plenos ſpiritu ſancto ad hoc officium elegerunt, & oratione præmiſſa manus eis impoſuerunt. Vnde & conſuetudo inoleuit vt in omni matrice Eccleſia ſeptē diacones circa Christi Aram quaſi ſeptem colūnæ aſſiſtant. Hi ſunt ſeptem angeli tuba canentes Apoc. 8. Qui quales eſſe debeant docet Apoſt. j. ad Timo. tertio. Diacones ſimiliter pudicos, nō bilingues non multo vino deditos, non turpe lucrū ſectantes habentes myſterium fidei in conſcientia pura, & hi autem probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.

Leuitarum p̄conia

Quales debent eſſe Leuitæ.

Sacerdocii Ordo.

EST quędam dignitas ſacra, cuius principalis actus eſt conſecrare corpus & ſanguinem Chriſti adeo in ipſa datione calicis ſub forma determinata verborū caracter ſacerdotalis imprimitur, & hanc ſacerdociam dignitatē videlicet quoad actum principalem iam dictum, Dominus ante paſſionem dedit diſcipulis ſuis

Quid Præsbiteratus ordo.

Dignitas ſa-

cerdo- cia du- plicem actū ha bet cō- secrare scilicet absol- uere seu liga re.

quando dixit Accipite & manducate, Vnde subiunxit hoc facite in meam commemorationem, per hoc quod dicit facite innuitur expresse autoritas consecrandi Sed post resurrectionem dedit eis sacerdotiam potestatem quantum ad actum secundarium, qui est ligare & soluere, ratione primi actus recipit propriè caracterem in receptione calicis parati. Recepto autem caractere sacerdotali cum aliis dispositionibus & vnctione, accepit postea in vltimo impositionem manuum ab Episcopo dicente Accipite spiritum sanctum quorum remisseritis &c. & in hoc accipit potestatē absoluendi. Sacerdos non solùm dicitur à dando sacra, sed etiam à sanctificando et conficiendo sacra.

Cur sa- cerdo- tes dicā tur prę sbiteri.

Dicuntur etiam Præsbiteri græco idiomate, quos nos appellamus seniores videlicet ob prouectam ætatem, sed magis ob morum grauitatem, & sapientiæ doctrinam, quę in ipsis quàm maximè debet coruscare, sicut scriptū est Sapien. 4. Senectus venerabilis est non diuturna, nec annorū numero computata, cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.

Quomodo

Quomodo autoritas sacerdotis conueniat, & differat cum autoritate Episcopi Archiepiscopi, sum. Pontificis.

DVplex autoritas est in ecclesia Dei Vna ordinis secundum quam conficitur vel cõsecratur corpus Christi, & peccata absoluuntur, non quæcũ que peccata, quorum videlicet absolutio ad Episcopum, vel Archiepiscopum, vel ad summum Pontificem spectat.

Duplex autoritas ĩ Ecclesia.

Altera est iuris & potestatis, leges sacras condendi, sacram scripturam interpretandi (cui inquam interpretationi reuerenter maximè standum est) anathematizandi, suspendendi, priuandiq;. Hanc quippe potestatis autoritatem per auream clauem nobis insinuatam esse credimus, & per argenteam ordinis autoritatem, quia sicut aurum excellit argentum, ita potestas iuris excedit ordinis facultatem.

Quid aurea Clauis & argẽtea.

An gratia diuina ordinato collata sit in bonis & in malis sacerdotibus?

REspõdetur, & si mali sacerdotes spiritu careant quo ipsi sancti sint, Spiritum sanctum tamen habent qui

Quõ minister po

teſt ha bere Spū̄m ſanctū̄ & ſanctus nō eſſe.

qui min iſteriis quæ per eos aguntur aſſiſtit, propterea malicia miniſtri nihil detrahit ſacramento.

Septem ſunt (ut iam diximus) ſpiritualium officiorum gradus, ſiue ordines, quē admodum Magiſter ſent. inquit Ex ſanctorum dictis, aperte monſtratur, & capitis noſtri ſilicet Ieſu Chriſti exemplo comprobatur qui omniū̄ officia inſemetipſo exhibuit, & corpori ſuo quod eſt Eccleſia, huiuſmodi ordines obſeruandos reliquit. Septem autem ſunt propter ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti, cuius qui non ſunt participes ad gradus Eccleſiaſticos indignè accedunt.

Quid Corona in Clericis.

Habentes ſacros ordines clerici vocantur id eſt Sortiti. Corona enim ſignaculū̄ eſt quo ſignantur in partem ſortis miniſterii diuini. Corona regale decus ſignificat, quia ſeruire Deo regnare eſt. Vnde miniſtri Eccleſiæ Reges eſſe dicuntur, ut ſe & alios regāt, quos Petrus ſatis magnificat in prima ſua Epiſtola dicēs Vos eſtis c.2. genus electum regale ſacerdocium gens ſancta &c.

Triplex Sacerdotis officium.

Primum conſecrandi corpus Chriſti & ſanguinem.

Secundum, offerendi primò pro ſe, ut

dicit

dicit Apo. ad Heb. deinde pro populo.

Tertium, dando aliis ſacramentum, & quartum additur peccata abſoluendi.

Hinc patet error hęreticorum dicentiũ omnes Chriſtianos eſſe Sacerdotes, quia poſſunt offerre Deo ſacrificiũ. Pro cuius maiori intelligentia dicitur duplex eſſe ſacrificium, vnum quod conuertitur cum ſacramento, & eſt idem cum eo. Alterũ quod nõ eſt ſacramentum, vt oblatio cordis contriti & maximè pœnitentis Deo à peccatore facta, vt dicitur pſalmo. 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus cor contritum &c. Et hoc inquã modo Chriſti fideles latisſimo quodã modo poſſunt dici ſacerdotes, ſed non ſunt. Non .n. poſſunt conſecrare corpus Chriſti, neq; pro ſe, & aliis offerre. Peccator non offert cor contritum niſi pro ſe, quia nõ poteſt pro aliis pœnitere, ſed bene pro aliis orare vt pœniteant.

Hæreticorum error damnatur.

Duplex ſacrificium.

DE MATRIMONIO.

NEminem latet in hoc ſacramento multa (ob hominum incuriam) ſæpe contingere in conuenientia, quare neceſſum eſt latiorem habere ſermonẽ quàm deſiderabam: ut clariorem de ipſo habeamus notitiã; ideo hæc ſunt dicenda.

DE MATRIMONIO.

1 De eius institutione.
2 Propterquid fuit institutum.
3 Accidentalia matrimonium præcedentia, quæ sunt sponsalia.
4 Quid sint sponsalia, & quæ dicantur.
5 Quatuor modis fiunt sponsalia.
6 Sponsalia iurata nunquid mutuo dissensu tolli possint.
7 Parentes vtrum possint frangere sponsalia filiorum, & iuramenta remittere.
8 Ssponsaliorum contrahendorum tempus quando incipiat.
9 Sponsalia nouem casibus soluuntur.

Ad Primum, & Secundum.

Institutio.

FVit institutum hoc Sacramentum à Deo glorioso in statu innocentiæ in officium naturæ, hoc est in propagationem & multiplicationem prolis ad cultum Dei, vt patet Gen. 2. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrẽ suam. Archi. Flo. 3. parte summæ suæ sic glosat (ibi in impedimento erroris personæ) id est nunquã contrahat cum talibus, Nullo enim tempore mundi licuit filium cum matre, vel filiam cum patre contrahere. Et adhærebit vxori suæ &c. Quia tamen natura lapsa vitiata est originali peccato,

Relinquet hõ patrẽ suũ & matrẽ suã &c. quomo

cato;adeo vt falcem propriam in messem non vereatur mittere alienam: quærens indifferenter quamcunq; feminam, cũ qua fornicationis expleat peccatum. Ideo sapientissimus Apostolus opportuno prouidens remedio, dicit Propter fornicationem habeat quisq; vxorẽ suam. j. cor. 7. suadet euitare fornicationẽ consulit remedii adhibitionem, habeat vxorem, per primum damnatur error dicentium simplicem fornicationem nõ esse peccatum, adducentes sanctos veteris testamẽti patres. do intelligatur.

Quid ergo de Abraam Iacob, & Dauid, qui habuerunt concubinas nec tamẽ illa fornicatio fuit imputata eis ad peccatum?

Respondetur ex sententia D. Tho. in 4. D. 33. q. 4. quia quælibet fornicatio extra matrimonium quæ tollit debitam ordinationem parentis ad prolem, quam natura ex concubitu intendit: est peccatum: Ideo secundum ipsum sine dubio simplex fornicatio est peccatũ mortale, etiam si lex scripta nõ esset, quod est multum notabile. Quòd sancti illi patres cõcubinas habuerint, fuit ex speciali dispẽsatione spiritus sancti ad aliquid mysterio

Quid significet filios Ia-

cob ex liberis & ancillis fuisse hęre des,

se designandum. Hoc enim quod filii Iacob ex liberis & ancillis fuerint hæredes, designat quòd Christo Iesu in baptismo nascũtur filii & hæredes per bonos & malos ministros.

Ad Tertium, & quartum.

Quid sint spõsalia.

SPonsalia sunt accidẽtalia matrimonii & sic diffiniuntur.

Sponsalia sunt futurarum nuptiarũ seu matrimonii promissio. Hæc deffinitio summitur ex canone. 30. q. 5. Nostrates. dicuntur à spondeo spondes, sponsus & sponsa, promissus, videlicet, & promissa. Gaspar de Caldariis dicit olim sponsus & sponsa mittebant cautiones quibus spondebant se in iura matrimonii consentire, & fideiussores dabant, quibus id se obseruaturos obligabant. Quandoq; etiã sponsalia dicuntur matrimonium: sed tũc debent intelligi si sunt spõsalia de p̃senti.

Ad quintum.

Quatuor modis fiunt sponsalia.

1 Primò, nuda promissione, ut promitto te ducere in vxorem.

2 Secundò, datis arris sponsalitiis, ut pecunia & alia iocalia.

3 Tertiò, annulli ſubarratione.
4 Quarto . interueniente iuramento, ut cum alter alteri iurat dicens Iuro quòd te in vxorem ducere volo , quomodocunq; ergo quis iſtorum quatuor modorũ promittit ducere aliquam , poſtea non curat peccat mortaliter,niſi legitimum impedimentum interueniat.

Eſt etiam ſciendum ꝙ ſi ſponſi ſibi inuicem diſplicent,& diſſentiant, ſi ſponſalia non fuerunt iurata poſſunt ſe mutuo abſoluere, & notant Doctores in.c.Præterea,quòd quando Eccleſia videt ſponſos inuicẽ diſplicere debet disſimulare ideſt non debet cogere ſponſum &ſponſam ad perficiendum matrimonium,propter malum quod poſſet inde prouenire , ſilicet vxoricidium vel mutua adulteria contrahentium ,& hoc placet Gaſpar. Si autem alter tantum diſſentit donec dicit Goff. quod ex quo alter diſſentit,diſſentiẽs pręcisè compellitur donec in eodẽ ſtatu permanet,ſed ſi cum alio contraxerit per verba de præſenti ceſſabit coactio. Quõ ſponſalia poſſunt ſolui.

A d Sextum.

DE hoc iam fuit dubium ſed moderni illud abſtulerunt. Vincentius in c.præterea de ſponſalibus diſtin- Sponſalia iurata quõ ſolui

posſũt. guit iuramentum poſſe bifariam conſiderari vno modo vt dirigitur in Deum, altero quidem modo in hominẽ, primo modo nullus poteſt abſoluere niſi Deus, ſed ſecundo modo homo cui iuratur poteſt abſoluere.

Iuramentũ dicitur dupliciter.

Quid ſit iuramentum dirigi in Deũ & dirigi in hominem.

IOann.and. dicit quando is qui iurat magis intendit placere Deo quam hominibus, ſiue ſit in faciẽdo aliquid meritorium, ſiue in abſtinendo ab aliquo illicito, vt iuraui Abbati intrare monaſterium, hoc enim tantùm Deum cõcernit, nõ Abbatem, vnde Abbas non poteſt me abſoluere à iuramento. ſimiliter iuraui nõ adulterari &c.

Quãdo hõ poteſt à iuramento hominem abſoluere.

Iuramentum autem dirigi ad hominẽ, vt iuraui tibi ſcribere librum. Ab hoc tu potes me abſoſuere quia te ſolum concernit hoc opus. Licet enim omne iuramentum concernat Deum principaliter, quia per religionem promittitur, tamen quia concernit commodum eius cui iuratur, poteſt ab eo remitti de iureiu. c.i. Idem tenet Gaſpar. & notatur. 31. q. 3. c.i. in Gloſa penultima vbi dicitur ꝙ parentes ſi

cut

cut possunt frangere sponsalia filioru, sic & iuramenta remittere. Dicitur concludendo secundum Franciscum de Zaba. quòd aliquis iurat sponsæ eius intuitu, potest sponsa ipsum absoluere, secus si intuitu Dei seu ob pietatem, ut cū sponsus esset diues, & sponsa pauperrima, tamen dicit Franc. etiam in hoc casu potest eum sponsa absoluere, qui licet iurauit intuitu Dei, tamen quia commodum concernit sponsam, ipsa potest remittere prædicta, & sic generaliter obseruatur. Nam Ecclesia non intromittit se de sponsalibus de futuro, nec ad instantiam alterius partis. Ambobus ergo dissentientibus, etiam si iurassent, mutuo se possunt absoluere. Addi debet nisi in huiusmodi sponsalibus secuta fuisset copula carnalis, quia tunc transeunt in matrimoniu, quoniam ibi est consensus licet nō expressus, tamen implicitus consentiendo, non obstante, ꝙ non fuerit seruata aliqua cōditio posita in sponsalibus ex parte sponsę, sed tūc efficitur matrimoniū per cōsensum tacitum, & ob publicæ honestatis iustitiam.

Quō sponsalia transeūt in matrimoniū

Ad Octauum.

Tēpus contra hendi sponsa lia.

TEmpus contrahendi sponsalia vtrobiq; est septennium, vnde sponsatio quæ fit in qninq; vel sex annis, nulla est, ut de desponsatione impuberū literas. Nam ex talibus sponsalibus inducitur publicæ honestatis iustitia.

Ad Nonum.

NOuem casibus soluuntur spōsalia.
1 Si alter spōsorum transit ad religionem post despōsationem videlicet, quod etiam potest facere contracto matrimonio ante copulam carnalem, tunc.n. mulier pōt alteri nubere quasi post mortem viri: quia religio est quædam mors. Tho.in 4.D.27.q.3.
2 Quando sponsus se absentat per longū tempus, sponsa cum alio pōt contrahere.
3 Si alter eorum lepram incurrat, vel paralysim.
4 Si superueniret affinitas ut quia sponsus cognouit consanguineam sponsæ.
5 Si mutuo se absoluant.
6 Si alter eorum fuerit medio tempore fornicatus, quia tunc redditur alteri suspectus de fide postea non seruanda.
7 Si sponsus contrahit cum alia per verba de præsenti, vel etiam de futuro cū copula

pula carnali. Si tamen contrahit cū prima sine iuramento, cū secūda cū iuramento, debet adhærere primæ, & pęnitere de periurio quia ibi fuit consumatum matrimonium.

Quando quis impubes contraxit sponsalia, & venit ad ætatem adultam, & petit absolui á vinculo sponsalium, & sibi dari licentia nubendi. 8

Si sit fama quòd inter eos est canonicū impedimentum, ut dicit Hosti. 9

In omnibus autem istis casibus debent solui sponsalia autoritate Ecclesiæ, præter quam in primo, quinto, & sexto, in quibus soluuntur ipso iure. Ad vlteriora procedendum est.

1 Quid sit Matrimonium.
2 Quæ sunt illa, quę cōstituunt illud
3 Quas causas habeat.
4 Quod bonum habeat.

Ad Primum.

Matrimonium (inquit Magister. D. 27. 4.) est coniunctio maris, & feminæ inter personas legitimas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Multa essent notāda in hac definitione, sed necessariora dicemus. Quid Matrimoniū

Dicit viri, & mulieris, & non mulierũ, quoniam non licet habere plures vxores. De sanctis autem patribus, ꝙ plures habuerint vxores, dictum fuit, diuina fuisse dispensatione. Neq; mulieris virorum.

Et quid dicemus ad illud Esai. 4. Et apprehendent septem mulieres virum vnũ dicentes. Panem nostrum comedemus, & vestimẽtis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum.

Nota dictum Esaiæ.

Propheta prædicit destructionem Ierusalem. Pulcherimi quoq; viri tui gladio cadẽt, & fortes tui in prælio &c. Ex quo mulieres sine viris remanebunt quare septem mulieres querent virum vnum eum habere in sponsum, sed quia vir vnus non posset prouidere de necessariis tot vxoribus, ideo dicunt panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, hoc est ꝓuidebimus nobis & filiis nostris de victu, & vestitu, tantumodo inuocetur nomẽ tuum super nos silicet quòd simus vxores tuę, aufer opprobrium nostrum silicet sterilitatis. Illud vaticinium fuit adimpletum; & fuit tale matrimonium ex diuina permissione, & dispẽsatione Dei.

Indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, videlicet, ꝙ absq; consensu alterius

neuter

neuter continentia profiteri potest, & ꝙ inter eos dum viuunt vinculum coniugale permanet. Hanc indiuiduam vitæ consuetudinem declarat Apost. j. cor. 7. Mulier (inquit) sui corporis idest genitalis mēbri potestatem non habet silicet ut prohibeat vsum copulæ viro suo. Similiter vir sui corporis idest sui verendi membri nō habet potestatē vt prohibeat mulieri coitum, sed in mulieris potestate est, intelligitur quo ad redditionem debiti, & nō exactionem. Similiter debent eis mutuo de necessariis prouidere, & subuenire inuicem. Hoc totum intelligēdum est de matrimonio carnali copula consumato, quia non consumatum potest separari per ingressum Religionis.

Quid vitę īdiuidua consuetudo.

Ad Secundum.

DVę personæ quæ coniunguntur, & mutua corporis inuicem potestas idest liber animorum cōsensus, quare sub consensu hæc quatuor continentur

Quę cōstitunt matrimoniū

Consensus ad cohabitandum
Ad copulam carnalem
Ad mutuum obsequium
Ad mutuam corporis potestatem.
Inde dicitur à sacris Theologis consensus facit matrimoniū, & nō copula.

Ad Tertium.

Quotuor causas habet matrimonium.

Materialem, quæ sunt ipsæ personæ legitimæ.

Formalem, quæ est duplex, vna substantialis.

Altera accidentalis. substantialis, & efficiens idem sunt silicet consensus animorũ cum verbo de præsenti expressus. Accidentalis est solennitas quæ fit ibi, ut benedictio & annuli subarratio.

Finalem, quæ est duplex primaria, & secundaria, primaria prolis procreatio ad cultum Dei educãdæ, & fornicationis euitatio. secundaria hostium reconciliatio.

Ad Quartum.

Triplex bonum habet matrimonium?

Fidem, Prolem, & Sacramentũ Aug. 27. q. 2. Omnem.

Quare dicitur Matrimonium, et non patrimonium.

Quia maiora onera sunt in matre quã in patre, & à matre dicitur quasi matris muniũ, quia munitur, & fouetur à matre.

Matrimonii progressus.

Primò incipit per sponsalia, siue per verba

ba de futuro.

Secũdò ratificatur per verba de p̃senti. vel alia signa exprimentia consensum.

Tertiò, cõsumatur per carnalẽ copulã.

De ætate requisita ad Matrimoniũ.

Aetas contrahẽdi viri & feminæ.

Vir debet esse. 14. annorum, & femina. 12.

Vnde sicut sponsalia infra septennium non tenent, sic & matrimonium non tenet infra. 14 annum, licet fuerit per verba de præsenti, quia sunt sponsalia de futuro vsq; ad. 14. annum.

Superest modo per tractare impedimenta matrimonii quæ sunt plura, & si sermo erit prolixior quã optabã minus .n. malum erit peccare in prolixitate quam inertia.

OBseruandum est quædam in matrimonio esse quæ sunt de eius essentia, & quædam quæ sunt de solennitate, sicut & in aliis sacramẽtis, & remotis his quæ sunt de solennitate sacramenti, ad huc manet verum sacramentum. Quare impedimenta quæ cadunt super solennitates, non officiunt quin sit verũ sacramentum, & matrimonium. Talia di

non inficit nec excludit consensum, Tho. in 4. D.,34. Error verò nobilitatis vel dignitatis si redeunt in errorem personæ impedit matrimonium, aliter non, Exemplũ in filio Regis, vel primo genito cum quo aliqua intendit contrahere, & præsentatur sibi ciuis loco eius, vnde non tenet, sicut econuerso de filia, Ricardus dicit, ꝙ si erratur circa subiectum nobilitatis non tenet, vt cum quis intendit contrahere cum filia Regis, & sibi præsentatur loco eius filia ciuis, sed si errat circa nobilitatem subiecti tenet, vt cum contrahit cum persona sibi nota, quam putat habere regalem dignitatem, & non habet. Petrus de Pal. distinguit de errore quo ad fortunã & qualitatem dicens. Duplicem esse errorem. Vnum absolutum, Alterum conditionatum, primus error si non cadit super aliquod quod sit de essentia matrimonii nõ impedit nec dirimit, nec iure diuino, quia non inuenitur statutum, vt contrahens cũ paupere quam credit diuitem, & huiusmodi impedire habeat. Sed si sit error conditionatus idest si contrahit cum conditione quæ sit honesta, & possibilis ea existente staret, non stante, non staret, puta contraho tecũ si tu es diues, vt ego, vel ita ut dictũ ẽ mihi, vel si dabis mihi tantã dotem

Secundum

Secundum Impedimentum cõditionis.

Poteſt contingere error in conditione triplex. Primò ſi error ſit peioris cõditionis vel melioris quàm ſua, puta ſeruus contrahens cum ſerua quam putabat liberam ſeruam, talis error nõ dirimit matrimonium, quia non decipitur, ut tenet Innoc. Si tamẽ mulier ignoraſſet ſeruitutem viri non eſſet matrimonium. Triplex error cõditionis.

Secundo, ſi liber vel libera contrahit matrimonium cum ſeruo vel ſerua ignoranter, & neſciens cõditionem ſeruitutis, nullum ẽ matrimonium, niſi poſtquã ſciuit conditionem eius conſenſit in eum vel eam, verbo vel facto ſilicet carnaliter cognoſcendo.

Tertio. Si liber vel libera ſcienter contrahit cum ſeruo aut ſerua tenet matrimonium, & in hoc caſu proles ſequitur matrem de iure communi quantum ad conditionem ſeruitutis vel libertatis.

Nota, ꝙ ſerui inuitis dominis poſſunt contrahere matrimonium ſecundum canones, quamuis domini eorum poſſent tales vendere, quia ex contractu matrimonii non amiſſerunt ius ſuum ſuper eos. Non tamen in partibus ita remotis debẽt

eos vendere, q impediatur vsus matrimonii cum coniuge sua. Si autem serui de voluntate dominorum suorum contraherent, tunc non possent eorum domini pcipere aliquod quod sit in præiudicium redditionis debiti. Vnde magis tenentur obedire coniugi debitum exigenti, quam domino aliquid imperanti.

Tertium Impedimentum voti.

VOtum solenne, videlicet si quis vel aliqua habet professionem tacitam vel expressam alicui de Religionibus approbatis, hoc votum impedit contrahendum, & dirimit contractum, sed si regula non esset approbata, ut tertii ordinis, siue Bizocharum sancti Dominici nō dirimit matrimonium contractum & consumatum impedit tamen contrahendum & etiam consumandum iam contractum. Vnde tales contrahendo peccant mortaliter: etiam si intenderent non consumare, sed religionem ingredi, quia faciunt contra iura. D. 27. si vir.

Cognatio i natura in

Quartum Impedimentum. Cognatio.

Cognatio triplex dicitur tripliciter.

Prima

Prima fundatur in natura & dicitur cõ sanguinitas.

Secunda fundatur in esse spirituali, & dicitur Compaternitas.

Tertia in esse ciuili, & dicitur Adoptio.

compaternitate, & Adoptiõe fũdari potest.

De prima hęc sunt dicenda.

1 Quid sit Cõsanguinitas, linea, gradus.
2 De Computatione graduum.
3 De ꝓhibitione, & in quibus gradibus

Ad Primum.

CONsanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Dicitur Cõsanguinitas quasi in sanguine vnitas, & dicitur Vinculum idest vnio, quia omnis amicitia (Ari. teste) fundatur in aliqua vnione. Ab eodẽ stipite si licet propinquo, & nõ remoto, quia omnes homines essent consaguinei, quia ex vno Adam fecit Deus hominum genus carnali propagatione. Vnde non est consanguinitas eorum qui per creationem à Deo processerunt, & coniunctio à sanguine denominatur, & nõ à carne, quia sanguis est magis materia seminis quam caro & quod dicitur carnali copula, & pro pa

Qnid sit consanguinitas.

8. ethic

Coniũctio à sanguine, & nõ à carne dicitur.

Eua nõ fuit de consanguinitate Adæ

gatione: excludit Euam à consanguinitate Adæ, quæ miraculosa, & super naturali operatione fuit à Deo facta.

Vinculum naturę curæ disciplinæ.

Vinculum in deffinitione positum, sicut & omnis amicitia fundatur in triplici communicatione silicet Naturæ, curæ, & disciplinæ. Naturæ quia omnes consanguinei per carnis propagationem descendunt ab vno stipite qui est communis eorum parens, curæ, quia cura parentum procedit ad filios filiorum, & quot quot videre possunt. Disciplinæ, quia proles sub parentum potestate & subiectione esse debet.

Quid linea.

Linea est ordinata collectio personarũ consanguinitate cõiuncta, nec oportet addere ab eodem stipite descendentiũ, quia hoc includitur in consanguinitate.

Cõsanguinei triplicẽ habent habitudinem

Consanguinei triplicem habent ad inuicem habitudinem.

Prima est principiati ad principiũ, ut filius ad patrem, Auum, & proauum, & supra, & secundum hanc accipitur linea ascendentium.

Secunda est principii adprincipiatum, vt patris ad filium, nepotẽ, & pronepotẽ & infra, & secundum hãc accipitur linea descendentium, quæ nõ est alia linea ascẽdentium, sed diuerso modo accepta, & cõ

Tertia eſt habitudo eorum qui ſunt ab vno principio, ſicut fratrum, qui ſunt ab vno patre vel matre, & nepotum, qui ſunt à duobus fratribus, vel ſororibus, & ſic deinceps, & ſecundum hanc accipitur linea tranſuerſalis, quæ ſubdiuiditur in eã quę eſt collateralis aſcendentium, in qua ſunt Auunculus, Matertera & patruus, & in eã quæ eſt collateralis deſcendẽtium, in qua ſunt frater, ſoror, nepos, & nepotes ex filio vel filia.

Quid Gradus.

GRadus eſt habitudo determinatę diſtantię à perſona, & quælibet linea habet ſuos gradus, & linea, & gradus in affinitate ſunt ſecundum habitudinem ad conſanguinitatẽ, & nõ aliter.

Ad Secundum.

COmputãtur gradus conſanguinitatis hoc modo in linea aſcendentiũ, & deſcendentium. Computandæ ſunt perſonæ mediæ inter illas de quibus queritur, quòd ſi nulla ſit media ſunt in primo gradu, vt filius & pater aſcendẽdo. Pater & filius deſcendendo. Si verò ſint

Quõ cõputã tur gradus.

aliæ personæ mediç computatis eis cũ extremis quot sunt personæ una minus, tot sunt gradus v.g. Auus & nepos distant secundo gradu, siue ascendendo, siue descẽdendo, qui sunt tres personæ silicet nepos & Auus, & qui est in medio eorum, quia est pater respectu primi, & filius respectu secundi, remoto igitur vno, remanẽt duo, & sic nepos & auus sunt in secundo gradu, & proauus, & ꝑ nepos sunt in quarto & sic semꝑ est numerus graduũ secundũ numerũ personarũ vna excepta, & hęc cõputatio in linea graduũ ascendentiũ, & descendentium, est communis apud oẽs.

In linea verò collaterali quæ non est eorum quorum vnus descendit ab altero sed eorum qui descendunt à communi stipite & principio, aliter computantur gradus secundum leges, & aliter secundum Canones quorum cõputatio ab ecclesia approbatur & fit hoc modo.

Videndum est an personæ de quibus queritur æqualiter distent à communi stipite, aut inæqualiter, si æqualiter quoto gradu quælibet earum distat à communi stipite, toto gradu distant inter se exemplum: Petrus sit nobis communis parens & stipes, ego nepos secũdum vnam lineã, tu verò pronepos secundum aliam, si quæ

ratur

ratur quoto gradu disto à te debes respõdere tertio, quia toto gradu tu qui es remotior distas à communi parente, à quo ego non disto nisi secundo gradu.

Computatio Canonistarum in linea transuersali.

PОnunt fratrem in primo gradu, filiũ fratris in secundo, silicet ascendendo nepotem in tertio pronepotẽ in quarto, Abnepotem in quinto. Ascendendo verò Patruum in secundo. Propatruum in tertio. Abpatruum in quarto. Dilatando verò duorum fratrum filios in secũdo, nepotes in tertio pronepotes in quarto.

Si quis quereret quare legistæ ponunt computationem graduum, & quare Canonistæ differunt à legistis.

Quare Legistę gradus computant:

Respondetur ut hæreditas vel successio ab vna ad alteram personam inter Cõsanguineos defferatur.

Apud Canonistas autem gradus computantur vt apertè mõstretur usq; ad quotam generationem à consanguineorũ nuptiis sit abstinendum, vt ritè, & Canonicè nuptiæ celebrentur inter fideles. Hac igitur de causa sacri Canones duas personas in vno gradu constituerunt, quia nuptiæ

ſine duabus perſonis non poſſunt fieri. Secularium autem Imperator in ſingulis perſonis ſingulos curauit perficere gradus. Iam erat conſuetudo in Eccleſia, q in gradibus vſq; ad ſeptimũ incluſiuè, phi bebatur matrimoniũ fieri. Sed Grægo. 9. remouit tres vltimos gradus, eo q non poterant bene in mẽtẽ haberi tot gradus, &etiam erat ſatis difficile vſq; ad ſeptimũ gradum abſtineri à matrimoniis talium; quare frequenter ſequebantur in conuenientia. Habetur hoc ſtatutum Eccleſiæ extra de Conſan.& affi. Non debet.

Gradus quidem ſecũdum leges quo ad ſucceſsionem hæreditatis durant vſq; ad decimum gradum, computãdo modo legali.

De prohibitione graduum.

COnſanguinitas de iure naturali ſecũdum rectam lineam aſcendentium, & deſcendentium impedit matrimonium, & in infinitum prohibẽtur nuptiæ, ſed magis filii cum matre, quam filiæ cum patre propter reuerentiam.

In quarto, & vltra permiſſum in linea tranſuerſali.

Papa in his quæ ſunt iuris poſitiui, puta in quarto gradu, & tertio, imo, & ſecũ
do

do quandoq;(puta collateralium ęqualiter)dispensat, ꝙ contrahant, vt filii duorũ fratrũ, quod lege Moysi, & lege ciuili erat per missum.

Nec est sufficiens causa dispensationis augmentum patrimonii, sed pax vel cõcordia, & huiusmodi.

Papa non potest dispensare in gradu (lege diuina vel naturali) prohibito, in quantùm est in iure canonico reassumpta talis lex. Arch. Flo. de prohibitione matrimonii inter consanguineos. quod probabilius est ꝙ Papa non potest dispensare in illis gradibus, & secundum hoc dicceretur, ꝙ ante legem scriptam erat dispensatio à Deo vt frater cum sorore contraheretur, excepto primo gradu ascendentiũ, & descendentium. Vnde Adam inspiratus à Deo dixit Reliquat homo patrẽ, & matrẽ &c. quare videtur cęteras personas permisisse, quod tamẽ iure naturali videtur prohibitum vt frater, & soror contraherent in quibus primis gradibus credendum est(ut iam diximus) Deum dispensasse propter necessitatem.

De Cognatione spirituali.

Cognatio spiritualis habet tres lineas sed non habet gradus.

Prima est inter baptizatum, & suscipiētem ad baptismum, ac etiam vxorem eius si tunc habet & carnaliter cognouit. Nam quando vnus coniugum, siue maritus siue vxor tantùm tenet aliquem ad baptismum. Cognatio spiritualis transit ad alterum non tenentem coniugem ipsius tenentis ad baptismum, etiam inter tales nō potest esse matrimonium, silicet inter suscipientem coniugem eius si habet, & susceptum. Potest aliquis contrahere cum sorore filii sui spiritualis.

Potest contrahere pater cum illa quam filius eius tenuit ad baptismum,

Filius non potest contrahere cum illa quam tenuit pater ad baptismum.

Secunda linea est inter baptizatum siue sit masculus siue sit femina, & filios naturales suscipientis, siue sint legitimi siue illegitimi, non poterit inter eos esse matrimonium & quia (ut dictum est) cognatio spiritualis non habet gradus, quāuis filius naturalis Petri non posset contrahere cū filia spirituali eius Petri, quam silicet tenuit ad baptismum, vel ad confirmationē posset tamen cōtrahere cum filia filiæ spiritualis ipsius Petri.

Filii duorum cōpatrum siue geniti sint ante compaternitatem siue post, possunt

contrahere adinuicem, solum excepta illa persona per quam compaternitas est con tracta, quæ nunquam poterit copulari ali cui filiorum sui patris spiritualis.

Tertia linea est in suscipiente in baptis mo, & parentes baptizati, inter quos etiã non potest esse matrimonium. Vnde ma- ter baptizati nunquam potest esse vxor eius qui tenuit ipsum baptizatum ad ba- ptismum, quia commater est eius. Vide la tius Titulum de sponsalibus, & matrimo nio. Archi.

Quintum Impedimentũ. Criminis.

TRia sunt Crimina quæ impediunt, & dirimunt iam contractum.

Primum est si qua mulier vel cõ tra machinata fuerit in mortem alicuius vxoris, & ipsum cũ effectu occiderit ani- mo habendi virum illius in suum, simili- ter qui machinatus fuerit &c. Tales si con traxerunt sunt penitus separandi, quia in fornicatione sunt. 31.q.j. Si quis viuente & licet aliqui (ut Ricar. ĩ.4.D.35.) intelli gant cum inter eos fuerit commissum ad- ulterium, dum primum stabat coniugiũ. Verior tamen est opinio Innoc. & Hosti. dicentium quod sola machinatio mortis

mortis cum effectu etiam sine adulterio dirimit, & sufficit ad dirimendum. Idem etiam si mandauit vel prępepit, vel consuluit interfici eo animo ut haberet vxorem eius in suam, vel virum suum in virum: et si hoc faceret propter infidelem, quæ postea induceretur ad fidẽ, & cõuerteretur, secũdũ Vber. Hgo, & Ric sed ex odio, uel in bello, hoc non habet impedire matrimoniũ extra de conuer. ad fi. laudabilẽ.

Similiter si quis vel econtra non mandauit nec consuluit interfici aliquem: tamẽ interfectum illum habet ratum ut habeat in virum suũ, vel in vxorem suã: Talis rati habitio non comparatur mandato & sic hoc non habet impedire vel dirimere matrimonium sequens.

Secundum Crimen est Adulterium, & hoc silicet quando adulterantes pręstant sibi fidem promittendo, vel dando siue iurando, ꝙ cõtraheret, & hoc siue ipsa adulterina commixtio fuerit inter eos ante prędictum promissionem, siue postea dummodo stante primo matrimonio. 31. q. j. Relatum. Quando autem interuenit nuda promissio, non in fide, nec iuramento firmata: sed simplex & adulterina commixtio, vel post. Vtrum hoc habeat dirimere contractum matrimonium super quo

fuit

fuit promissio. Ric.in.4.D.35. dicit aliquos tenere ꝙ dirimat, & aliquos, nõ dirimere, & nullam alteri præfert. Vnde in hoc casu videtur quod esset dominus Papa consulendus, vel petenda dispensatio ad cautelam, nec faciliter dirimendum. Si autem nulla fuerit adulterina polutio, sed solum dederunt sibi fidem de contrahendo, per hoc non impeditur matrimoniũ sequens inter illos soluto primo, grauiter tamen peccauerunt secundum Ric.

Item si qua coniugata puta Berta se cognosci ab aliquo permittat, hac promissione fide vallata, exacta, & recepta, quod post mortẽ viri sui ille adulter ducet eã in vxorem: de qua sibi consulet quædã persona ipsi Bertæ cõiugatæ familiaris & propinqua intendens & probaliter credens ꝙ consulet de ipsa berta mortuo viro Bertę. Si adulteratus cum ea postea cõtrahat cũ ipsa, ex eo ꝙ ipsa consulit, & sic ille promisserat, nullum est matrimonium: sed dirimendum: quia in fraudem factum est. Et fraus & dolus nemini debent patrocinari extra de immu. Eccl. Aduersus.

Tertium Crimen est quando durante marrimonio contrahit de facto cum altera, & hic nota diligenter ꝙ ille qui habet vxorem, & ipsa viuente ducit aliam de fa-

cto, aut ista scit istum habere vxorem, aut non. Si quando contrahit cum ipso scit ꝙ habeat vxorem aliam, non potest cum illo esse matrimonium, etiã si mortua prima vxore de nouo contrahat Et idem iuris est si nesciuit quando contraxit, sed postea ipsa prima vxore illius ad huc viuente sciuit, & permisit se cognosci ab eo cũ quo contraxerat.

Si verò ab initio quando contraxit nesciuit illum habere vxorem: & semper stetit in ipsa nescientia vsq; ad mortẽ vxoris illius, sed post mortem scit est in sua potestate matrimonium ratificare, vel diuortiũ petere, ita tamen, quod postquã sciuit, & se cognosci permisit, non poterit diuortium petere, alias petere poterit si vult, extra de eo qui dux. in mat. c. j.

Sextum Impedimentũ. Cultus.

Disparitas fidei quomodo dirimat. Tria sunt videnda.

Primum. Fidelis contrahens cũ Iudeo vel pagano vel cathecumino nondum baptizato non est verum matrimonium: & sic nullum est, secundum omnes doctores .§. ex his.

Sponsalia possunt contrahi à fideli cũ

infideli cum hac conditione si infidelis cõuertatur. 28.q. j. Non oportet.

Secundum. Hæresis non dirimit contrahendo, peccat tamens sciens, & contrahens, & si alter eorum fieret postea hęreticus vel paganus, non potest dirimi matrimonium, etiam si ad huc non erat consumatum.

Tertium Infidelibus contrahentibus cum infidelibus matrimonium, quamuis non sit perfectum secundum perfectionẽ gratiæ, nec ratum, tamen est matrimoniũ in quantum est ordinatum ad prolem secundum perfectionem naturæ. Vnde infidelis cognoscens vxorem propter bonũ prolis: vel vt reddat debitum non peccat D. Tho. in 4. D. 26. Matrimoniũ Infideliũ non ẽ per fectum.

Possunt infideles vnius ritus contrahere cum infidelibus alterius ritus puta Saraceni cum Tartaris: nisi per aliquod ius positiuum prohiberentur: quia tunc disparitas cultus dirimit. Quod si vterq; coniux conuertatur ad fidem ratificatur & perficitur matrimonium, & non possunt ab inuicem separari: etiam si contraxissent cũ consanguineis suis in gradibus prohibitis per statutum Ecclesiæ, sed si cõtraxissent in gradibus prohibitis lege diu na Leuit. 18. oportet quòd separentur.

Si pagani qui ſecundum legem ſuam cū pluribus vxoribus cōtraxerunt conuertantur cum vxoribus ſuis, cum prima conuerſus remanebit, aliis excluſis.

Amplius ſi habuiſſet aliam vxorē quā repudiaſſet & viueret. ſi etiam illa vellet conuerti ad fidem, tenetur ipſam recipere, & illam ſuper in ductam (quamuis cōuerſam ad fidem) abiicere, imo etiā ſi prima non vult cōuerti ad fidem, & vult habitare cum iſto ſic conuerſo ſine contumelia creatoris, & ſine hoc, ꝙ ad infidelitatē inducat, non poteſt ille cōuerſus aliam recipere, ſed hoc eſt in ſua poteſtate ſi vult cohabitare cum ipſa vel non. Si verò alter infidelium coniugatorum cōuertatur, poteſt fidelis conuerſus cum infideli manere ſub ſpe conuerſionis, ſi eum in infidelitate obſtinatum non viderit. Benefacit commanere, nō tamen tenetur, ſed poteſt eam dimittere quo ad cohabitationē, ſed non poteſt aliam ducere, præter quā in tribus caſibus.

Primus ſi infidelis vult cum fideli cohabitare.

Secundus, ſi vult cohabitare, ſed non ſine contumelia creatoris.

Tertius, ſi infidelis nititur ad infidelitatem pertrahere fidelem. Ric. in. 4. & Arch.

Arch. Flo. in tertia parte suæ summę titu. primo. c. 6.

An Matrimonium infidelium ante baptismum sit sacramentum.

RESpondet Archi. Flo. titulo primo. c. 6. 3. parte suæ sumæ, & cum eo adducit Petr. de Palude. Potest. n. (in quit) imaginari, quod in matrimonio infidelium non est aliquod reale vinculũ de mundo plusquam insponsalibus. Cum non sit sacramentum ante baptismum.

Matrimoniũ Infideliũ ante baptismũ nõ ẽ sacramẽtũ.

Ecclesia tenet baptismum esse ianuam sacramentorum, & de ratione sacramenti est quòd sit perfectum secundum perfectionem gratiæ quam continet. Matrimonium infidelium est perfectum secundũ perfectionem naturæ in quantum est ordinatũ ad prolem vt supra dictum est.

Matrimonium est sacramentum, quatenus est huius rei sacræ signum, silicet ut significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, modo infideles hac intentione non contrahunt, quia sunt infideles, & extra fidem contrahunt.

Septimum Impedimentũ. Violẽtiæ.

VIolentia siue metus, ex sui natura siue constitutione Ecclesiæ matrimonium excludit, quia excludit

consensum qui est causa efficiens matrimonii.

Triplex coactio.

PRima est absoluta quæ fit per vim, & ista non habet consensum animi in quem cadit coactio, sed potest esse coactio carnis ad aliud extrinsecum à quo trahitur persona inuita, & talis coactio quando non consentit in matrimonio nō efficit, ita quod etiam ex parte cogentis non est matrimonium secundū D. Tho. quia matrimonium claudicare nō potest. Si tamen postmodum coactus consentiret, & cogens in suo consensu permaneret esset matrimonium, secus si mutaret voluntatem ipse cogens.

Secunda est conditionata per metum quæ cadit in constantem virum, & ista coactio etiā excludit matrimoniū extra eo.

Metus quatuor modis dicitur.

Metus cadens in constantem virum dicitur quatrupliciter.

Primu, silicet metus mortis.

Secundus cruciatus corporis extra eo.

Tertius metus stupri.

Quartus metus seruitutis

Ricardus dicit in. 4. quod non differt vtrum prædicta quatuor fiant in persona nostra, siue liberorum, siue vxoris, quia

talis

talis coactio consensus per talem metum matrimonium impedit quantum ad iudi dicium Dei, & quantum ad iudicium Ecclesiæ, etiam si esset consensus interior in matrimonio, quãuis enim con sensus interior sufficienter cogi non posit

Tertia est coactio conditionata per metum insufficientem qui silicet non cadit in constantem virum, & ille non excludit matrimonium.

Parentes non possunt cogere filios ad contrahendum nec generaliter nec specialiter cum aliquo, quia in matrimonio requiritur cõsensus maximè liber respectu perpetuæ obligationis quæ ibi cõtrahitur

Parentes non possũt cogere filios ad contrahendum.

Mulier quæ allegat metum, stetit per annum cum dimidio cum marito, aut etiã minori tempore, dum tamen tantum sit, quod iuxta arbitrium boni viri præsumẽdum sit, pro consensu, non debet postea audiri extra de spon.

Octauum Impedimentum. Ordinis.

Ordo sacer vt sub diaconatus, & cæteri sacri ordines impediunt matrimonium.

Tria sunt ponderanda.

PRimum. Nullus ex minoribus ordinibus impedit matrimonium contrahẽdum, nec dirimit contractum, nec

impedit vsus ipsius matrimonii, si talis cõtrahat, dummodo ordinatus non sit religiosus, & ꝓfessus tacitè vel expresse, quia tunc contrahens non tenet matrimoniũ.

Secundum est, quod ordo sacer habet implicitum votum solenne ex constitutione Ecclesię, & ideo existens in sacris si cõtrahit matrimonium nullum est. Et hoc tenet etiam in Ecclesia Græca. Cuius religiosis licitum est vti cõtracto matrimonio sed non est licitum illis qui sunt in sacris contrahere.

Et nota differentiam inter constitutos in sacris Ecclesiæ orientalis, & constitutos in sacris Ecclesiæ occidentalis. Nam illis permissum est vti cõtracto ante ordinem sacrum susceptum. 3 1. de Nicena. Qui cõtrahit in sacris est excommunicatus. Istis nostris non licet vti matrimonio contracto ante susceptum ordinem.

Tertium, quamuis ordo sacer præcedens contractum matrimonium dirimat illud. si tamen ordo sequatur matrimoniũ contractum non dirimit ipsum, & si sciente vxore & assentiente ordinatur in sacris tenetur ad cõtinẽtiã vterq;. ita quod post mortem viri non potest contrahere. Intelligitur enim tacitè cum viro professam cõtinentiam.

Si

Si autem ordinatus inuita vxore, vel ſciente factum, & ius ignorãte, ipſo tamẽ ſciente ius, debet cogi per iudicem ad ingreſſum religionis, ſi nondum conſumatum eſt marrimonium, cum ſic illa poſſit cum alio contrahere. Si ad hoc non poteſt, vel etiam ſi conſumatum eſt matrimonium debet exutus beneficio clericali reſtitui vxori. Et ſi eſſet Epiſcopus (imo & Papa) ſecundum glo. dec. & hoc ſi mulier ſic petit, ipſe tamẽ exigere nõ poteſt debitũ, ſed reddere tenetur D. Tho. & Pet. ĩ. 4.

Nonum Impedimentũ. Ligaminis.

Ligamen eſt, quando quis alteri coniugi per verba de præſenti eſt obligatus. Talis enim ea viuente aliam ducere non põt quantuncũq; receſſerit alter & diu ſteterit: & nihil audiuit de eius vita vel morte, debet expectare quouſq; habeat ſufficientẽ notitiam de morte eius vel ingreſſu Religionis, ſi nõ dum erat matrimonium conſumatum. Nec eſt verum, quod quidam dicunt, quod ſufficit expectare per ſeptennium. Nullum enim tempus prẽfinitum eſt: alias contrahens cum alio adulterium committit. extra de ſpon. Licet. Sed nec antiquo tẽpore potuit ſie-

Nõ ſufficit vxori expecta re p ſeptẽniũ virum abſentem.

ri, nisi per diuinæ reuelationis instinctum vt fuit in patriarchis. extra de Diuor. Gaudemus.

Potest tamen alter coniugum ante carnalem copulam altero inuito religionem intrare, & remanen in seculo postquam expectauit ingressum religionis per annū ita silicet ꝙ sit professus, tunc remanebit liber. qui in seculo remansit, ad contrahē dum, cum altero. Post mortem verò alterius coniugis alter nubere potest, cui vult etiam in tempore luctus sine pœna infamiæ.

Item si mulier credit virum mortuum, contrahit cum alio, si hoc credit ex probabili causa propter ignorantiam facti excusatur, & filii (si quos suscepit) iudicabuntur legitimi. Si postea de viri morte dubitet debet reddere debitum, sed non exigere extra de secund. nupt. c. Dominus. Sed si in processu tēporis credit probabiliter eum viuere, nec potest debitum exigere, nec debet reddere. periculo adulterii se exponendo. Si verò primus reuertatur, vel alias de vita sua constiterit, statim debet recedere à secundo & redire ad primū. Quod si non faciet iudicabitur adultera. Cum per bellicam. Primus quoq; eā recipere tenetur nisi fortè illa (postquā

sciuit

sciuit de vita primi permisit se cognosci à secundo, & sic adultera fuit.

Item si vir ad Saracenos iuit in exercitu in regione longinqua, & nescit vtrum sit viuus vel mortuus. Vxor non potest contrahere cũ alio, nisi de morte viri recipiat certitudinem, puta quòd fuit in bello vbi omnes dicuntur interfecti fuisse, & signa plura apparent, & est publica fama omnes periisse, & de eo nihil audiuit in contrarium, præsumendum est de morte.

Sed quid si talis coniux contrahat cũ altera vel altero credens tamen priorem viuere, cũ tamen in veritate mortuus sit?

Respondet Guil. quod sine præiudicio tenet tale matrimonium, quod intelligẽdum nisi coniux credens impedimentum esse, non intendebat contrahere, nam tunc matrimonium nullum esset, quia si non esset intentio contrahendi, non est matrimonium.

Decimum Impedimentũ honestatis.

PVblicæ honestatis iustitia: quæ secundum Thom. in.4. est propinquitas ex sponsalibus proueniẽs; robur trahẽs ab Ecclesiæ institutione propter eius honestatem.

Quid publicę honestatis iustitia.

Obſeruandum eſt, ꝙ ſi aliqui contraxerunt ſponſalia nullus de conſanguinitate ſponſi poteſt habere ſponſam illam in vxorem, & econuerſo extra de ſpon. impub. Continebatur. Et durat hæc prohibitio vſq; ad quartum gradum conſanguineorum ſuorum extra de ſpon. ſponſam.

Præterea ſi aliquis intendat decipere, & carnaliter copulam extorquere, & non contrahere, quia tantùm ſcandalum eſſet de iſto, ſicut ſi verum contraxiſſet. Ecclesia autem inſtituens iſtud impedimẽtum voluit vitare ſcandalum & quod ſponſalia volentis decipere cauſent publicæ honeſtatis iuſtitiam apparet, quia Eccleſia condemnabit ad matrimonium contrahẽdum & confeſſor etiam talem deceptorẽ. Vnde cum Eccleſia inſtituerit hoc impedimentum, videtur, quod omnia ſponſalia quæ Eccleſia iudicat vera inducant publicæ honeſtatis iuſtitiam. Hæc Pet.

Quare Eccl. inſtituit hoc impedimẽtum

Notandum etiam quod à ſponſalibus à parentibus factis pro filiis puberibus nõ oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, niſi ipſi filii conſenſerunt tacitè vel expreſsè, aut ſi præſentes erant nõ contradixerunt: vel abſentes & poſtea ſcientes ratificauerunt tacitè vel expreſsè. Per quemlibet enim iſtorum modorum obligantur filii, & ori

tur

tur publicæ honeſtatis iuſtitia. extra de ſpon.

Notandum eſt etiam, quod ſi duo infantes, vel vnus maior ſeptennio, & alter minor contraxerunt ſponſalia, vel parentes pro eis, niſi facti maiores ſeptennio p cohabitationem mutuam, ſeu alias verbo vel facto eorum, appareat perdurare eos in eadem voluntate non tenent: cum ab initio fuerint nulla, ſed ſi perdurant in eadem voluntate conualeſcunt & inducunt publicę honeſtatis iuſtitiam. extra de ſpon.

Notandum eſt etiam ſi quis ſponſalia primo cum aliqua contraxit, & poſtea cũ alia conſanguinea eiuſdem primæ idẽ facit, debet contrahere matrimonium cum prima, quia ſponſalia cum ſecunda non tenuerunt. Sed ſi ſponſalia cum aliqua ſint facta cum conditione, & pendente cõditione. vir cum conſanguinea ipſius contrahit per verba de præſenti: debet remanere cum ſecunda, quia fuit ex ſponſalibus condilionalibus, ſicut ex non habentibus conſenſum & in cęteris non oritur publicæ honeſtatis iuſtitia extra de ſpon. Impub..c.j. lib. 6.

Vndecimum Impedimentum Affinitatis.

Quid affinitas. AFfinitas secundum Ray.est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parentella; & hæc impedit matrimonium, ꝑ cuius intelligentia sunt tria notanda.

Quõ cõtrahitur affinitas Primum contrahitur affinitas non solum per copulam cõiugalem, sed per fornicariam. 35.q. Nec eam. Dũmodo sequatur seminum cõmixtio, ut senior opinio tenet, videlicet Tho. Alb. Hug. Vinc. & Innoc.

Secundum, affinitas hoc operatur, ꝙ omnes consanguinei vxoris Petri sunt sibi affines in eodem gradu. in quo sunt cõsanguinei vxoris Similiter omnes consanguinei Petri sunt affines vxoris suæ in eodem gradu, in quo sunt sibi consaguinei, & quod dicitur de vxore, idem est intelligendum de quacunq; muliere carnaliter cognita, modo videlicet prędicto, sec consanguinei Petri non solum sunt affines cõsanguineis vxoris suę, nec inter eos prohibetur matrimoniũ, Vnde germani possunt contrahere cum duabus mulieribus germanis, & pater & filii possunt cõtrahere cum matre & filiis eius.

Tertiũ est, quod mortua persona qua mediante

mediante fuit contracta affinitas, vt puta marito vel vxore, concubitore vel concubina, remanet affinitas, quæ erat ad cõsanguineos eius, nec poterit inter eos esse matrimonium.

Petrus de Pal. dicit affinitatem durare semper, neq; potest contrahi matrimoniũ inter affines vsq; ad quartum gradum affinitatis inclusiue, & qui contrahit sciẽter in aliquo gradu affinitatis vsq; ad quartũ gradũ, est excommunicatus. extra de consang. & affi. cos.

Notandum est etiam secundum eundẽ Petrum, quod qui cognouit consanguineã vxoris suæ adhuc sponsæ, soluta sunt sponsalia, nec potest sponsam illam habere in vxorem, obstante sibi affinitate contracta, nec illam quam fornicare cognouit, obstante sibi publicæ honestatis iustitia & hoc nisi Papa dispenset. Qui autem cognouit consanguineam vxoris cũ qua contrahit per verba de præsenti, sed non dum consumauit matrimonium, tenetur quidẽ debitum reddere sed exigere non potest. per Episcopum potest dispensari, & si non petat dispensationẽ peccat. Nota

Duodecimum Impedimentum. impotentia.

IMpotentia coeundi quæ secundum Ray. est vitium animæ vel corporis, vel vtriusq; quo quis impeditur alteri carnaliter commisceri, & sunt tres impotentiæ.

Prima est naturalis in viro, & est frigiditas seminis vel complexionis, vel indispositio membri. in muliere arctatio, si pperpetua est talis impotentia, impedit contrahendum, & dirimit contractum. 27. q. j. c. Nuptiarum.

Petrus de Pal. dicit, quod nomine frigiditatis intelligitur quodcunq; impediēs actum matrimonii perpetuò, non autem si effectum generationis impediat tātum, & non actum. Vnde & steriles scienter possunt cōtrahere, quare duplex inhabilitas potest esse, vna in viro vt seminare, in muliere recipere, hæc impotentia impedit matrimonium.

Secunda impotentia est accidentalis, vt castratio propter quod si tales omnino sunt inepti ad reddendum debitum. contrahere non possunt, & si contraxerint diuidendi sunt quia nullum est matrimonium. Extra co. Ad sedem. Sed si castra-

tio

tio contingat post matrimonium contra-ctum per verba de præsenti, non potest dirimi.

Tertia impotentia est per maleficium circa quod secũdũ D Tho.in.4 & Hosti. sic tenendum est, quod si maleficium superueniat matrimonio ante carnalem copulam, tunc si maleficium est perpetuum impedit, & dirimit matrimonium contractum, itaq; celebrato diuortio, vir poterit aliam ducere, & similiter de muliere dicitur. 33. q j. Si per Sortiarias. In quo capitulo dicitur expresse, quod Deo permittente & diabolo operante impediri potest homo ne cognoscat mulierem, & vt dicit Pet. de Pal. in. 4. fit hoc multipliciter. Habet enim (ex hoc quod est spritus) potestatem super creaturam temporalem ad motum localem prohibendum, vel faciendum: vnde potest corpora impedire ne sibi mutuo appropinquent, vel directè vel indirectè interponendo se inter eos corpore assumpto, & hoc primo modo.

Quõ Demõ operatur ne hõ cognoscat muliecrem.

Secundo modo potest inflammare ad actum illum, vel refrigerare ab actu illo, adhibendo occultè virtutes, quas optimè nouit ad hoc validas.

Tertio modo turbando imaginationem,

& phantasiam, & extimatiuam, qua reddit mulierem exosam, quia potest in imagine imprimere.

Quarto modo prohibendo directè rigorem membri, sicut & motum localem cuiuscunq; membri & organi.

Quinto modo prohibendo missionem spirituum ad mēbra in quibus est virtus motiua, quasi intercludēdo vias seminis, ne ad vasa generationis descendat; vel ne ab eis recedat, vel ne excidatur, vel ne emittatur, & multis aliis modis.

Quare Deus tot, & tanta permittit super hunc actum?

RESpondet Petrus de Pal. Plus autē Deus permittit super hunc actum per quem peccatum primum trāsfunditur, quā super alios humanos actus sepius maleficiatur vir quā mulier, vt patet de maritis septem Sarray vxoris Thobiæ, & per hoc maleficiati monentur facere confessionem.

Ricardus in .4. dicit de separatione, ꝙ communis opinio tenet; quod si certum esset, quod maleficium secutum esset matrimonium ratum non tamen consumatum, non ideo propter hoc dirimeretur

vinculum

vinculum matrimonii. In ſeparando autem maleficiatos procedendum eſt ſicut in ſeparãdo inceptos propter frigiditatẽ, excepto, quod frigido non datur licentia contrahendi cum altera quia frigiditas eſt impedimentum vniuerſale, ſed maleficiato datur, quia maleficium eſt impedimentum particulare & nota, quod ſi mulier illa procurauit maleficium, non poteſt diuortium petere, quia culpa ſua adhoc deuenit. 55. D. Si Euangelica

Si verò maleficium ſit temporale, non dirimit nec impedit, & à principio quidẽ maleficium præſumitur temporale. Sed poſtquam coniuges ſimul per triennium cohabitauerunt, dantes operam carnali copulæ, ſi adhuc durat impedimentum, quia ſilicet ſe cognoſcere non potuerunt, prę́ſumitur maleficium eſſe perpetuum extra eo. Laudabilem. Et ſic ſeparabitur. Si autem ſeparati propter maleficiũ poſt quam alia matrimonia contraxerunt, carnaliter ſe cognoſcant, reuocandi ſunt ad primum matrimonium, eo quod ſententia diuortii inter eos lata fuit per errorem quia impedimentum iudicatum fuit perpetuum ſecũdum præſumptionem, quod non erat perpetuum ſecundum rei veritatem, & illud decretum. 33. q. j. Si per Sor-

tiarias, non tenetur. Hæc Ric. in. 4.

Notandum est etiam secundum Pet. de Pal. quod si maleficium durat per triẽnium iudicatur (vt dixit Ric.) perpetuum non quidem quia illud non possit tolli vel à Deo, vel etiam opere diaboli, qui sanat ex hoc, quod torquere cessat. Sed quia non potest tolli opere humano: quia non est potestas super terram, imo nec super cœlum (post Deum) quæ Lucifero valeat cõparari in naturalibus, nec semper exorcismi liberant, quandoquidẽ propter peccatum, quandoq; propter bonum hominis. hæc Pet. de Pal.

Nota etiã quod si maleficiũ nõ potest reuocari nisi per aliquod illicitum, ut per demonis auxilium, & huiusmodi, etiam si sciretur sic posse reuocari, nihilominus ꝑpetuum impedimẽtum iudicabitur, quia remedium non est licitum. Tho. Pet: Alber. & Hosti. addit, quod licet aliqua remedia vana videantur tollerari, quia possunt redundare vana vanis, non autem dicit illicitis.

Sciendum est etiam secundum Pet. de Pal. quod si maleficiati vel alio modo impotentes velint commanere: coniuges veri sunt.

Si autem ambo pro clamant, & euidentissimis

tissimis signis impotentia probari potest, non expectatur triennium, sed statim separantur.

Si autem nō sit euidens, oportet, quod per triennium commorati iurent ambo.

Item si mulier dicat, quod vir nō potest eam cognoscere, & vir asserit, quod imo potest standum ē viro quia caput est mulieris. 33. q. j. siquis acceperit.

Multa alia essent super hoc dicenda, ut perspicuum est apud sacros Ecclesiæ doctores, sed breuitatis studio relicta sūt. Hæc autem collegi quia frequenter huius modi occurunt impedimenta.

Decimum tertum impedimentum. Feriarum.

HOc impedimentum est temporis si ue ad tempus impedit, sed non dirimit matrimonium. Celebrationē enim dumtaxat nuptiarum, & benedictionem nuptialem, & reductionem vxoris in domum impedit, non autem contractum matrimonii de præsenti, vel de futuro, quod fit solo consensu per verba expressa secundum Ray. nisi repugnaret patrię consuetudo. Consuetudo enim est optima legum interpres.

Quæ sunt tempora Feriarum.

AB Aduētu vsq; ad Epiphaniam, neque includitur octaua Epiphaniæ cum de ista non sit expressum in iure. Hoc autem institutum est ab Ecclesia propter communionem, quæ secundum canones in Natiuitate Domini fieri conuenienrer solet

Includitur octaua Epiphaniæ ex consuetu line Ecclesiæ.

Pet. de Pal. in. 4. D. 32. includit octauam Epiphaniæ, quod institutum videtur Ecelesiam sequi

A septuagesima vsq, ad octauam Pasche inclusiue, propter communionem paschalem.

A tribus diebus ante Ascensionem usq; ad octauam Penthecostes, propter præparationem ad comunionem illo tempore assummendam excludendo tamen ipsam dominicam quæ est octaua dies Penthecostes quia festum illud nō habet octauam diem, quare nuptiæ possunt celebrari in ipsa die extra de fer.

Contrahentes autem nuptias temporibus prohibitis debent puniri in quo delinquerunt videlicet vt ad tempus abstineant, & separentur, sed si sit periculum incontinentiæ, alia pœnitentia iniugenda est, & in ista dispensentur. Sacerdos vero

rò qui dedit benedictionem puniendus ē graui pœna, licet arbitraria.

De conditionibus in matrimonio contingentibus.

QVoniam in matrimonio contrahendo requiritur expresſio conſenſus p uerba, vel per ſigna ęqui pollentia, ideo eſt notandum, quod ſi in ipſa expresſione verborum ponatur pactum, vel conditio contra ſubſtantiam et bona matrimonii, nihil valoris habet, ut ſi dicat aliquis contraho tecum, ſiue accipio te in vxorem meam, ſi generationem prolis euitabis, vel dum inueniam aliam digniorem, vel ſi pro quæſtu te adulteran dum tradas. Nam prima conditio eſt contra bonum matrimonii quod dicitur, Proles. Secunda contra ſecundum bonum quod dicitur ſacramentum. Tertia contra tertium bonum quod dicitur fides. In prole vt libenter ſuſcipiatur, & religioſe educatur. In fide ne cum alia vel alio commiſceantur. In ſacramento, vt matrimonium poſtquam conſumatum fuerit non ſeparetur vſq; ad mortem, licet quo ad actum poſſit ſeparari vel ex communi cō ſenſu, vel propter fornicationem.

Quando ergò ponitur aliqua conditio cō tra aliquod prædictorum, non tenet matrimonium. extra de condi. app.c.fi.

Item si ponatur cōditio in honesta vel impossibilis: non tamen contra substantiam matrimonii, tenet matrimonium, & illa conditio habetur pro non adiecta. extra de condi.appo c.vlt.

Dictum est supra, quod consensus debet exprimi per verba, vel p aliqua signa, vel indicia, si non valent loqui, sed si valēt loqui vt consentiat animo mulier, taceat tamen propter verecundiam, & permittat se subarrari per annuli immissionem voluntarié, consensum exprimit, vt notat Hug. 27.q.2.c. vlti.

Verba in matrimonio nō sunt ita de substantia ut ĩ baptismo & Eucharist.

Nota, quod verba in matrimonio non sunt ita de substantia sacramenti vt in baptismo, & Eucharistia, sed verba, & nutus, & alia indicia sunt necessaria ad hoc ut constet Ecclesiæ de consensu matrimonii, & Tho. dicit sufficit in hoc casu vt non contradicat.

Casus.

Hugo dicit cum quis protestatur corā pluribus, quod quicquid faciet vel dicet cum aliqua, non facit animo contrahen-

di

di & postea contrahit cũ illa dicens consentio in te & alia huiusmodi.

Respondet idem.

Si constat iudici iudicialiter iudicabi pro matrimonio, quia recurrendum est ad communem intelligentiam verborum & interprætatio facienda est contra eum qui dolum adhibuit: quamuis protestationem probet: potuit tamen postea recedere ab ea, & voluntariè cõsentire in illam. concor. Host.

Effectus matrimonii contracti per verba de pręsenti inter fideles.

PRimus. Maritus non potest dimittere vxorem, nec vxor virum, siue efficiatur cæcus, vel leprosus, vel hæreticus. 35. q. 5. Horrendus. Nisi tamen causa fornicationis, & tũc si dimittat: maneat sine coniuge, vel reconcilietur.

Potest tamen alter eorum ante consumationem matrimonii intrare religionẽ (altero inuito) & ille qui remansit in seculo tenetur expectare illum vsq; ad professionem, postea solutus est.

Secundus, Mulier sui corporis potesta

tem non habet, sed vir, & econuerso, ut, j. cor. 7. Vnde non potest continentiam vouere altero inuito, quod videtur intelligendum quantum ad redditionem debiti, secus quo ad exactionem.

Item quia compellendus est reddere debitum vxori, licet nunquam cognouerit, eam, & econuerso, non obstante affinitate superueniente. extra de co. q. co. con. vx. suæ discretionem. Ille tamen coniux qui est innocens admonendus est vt contineat, quod si nollit, tunc qui nocens est tenetur ei penitus debitum reddere, sed exigere nunquam debet, nisi secum dispẽsetur, & potest in hoc dispensare Episcopus, secundum Pet. de Pal. Quod si dicat aliter velle ingredi religionem arbitrio iudicis: puta Episcopi assignabitur conueniẽs tempus infra quod aut intret religionem, aut consumet matrimonium, alias excommunicabitur, & in tali casu nõ obediẽdo Ecclesiæ peccat mortaliter, nec sufficeret, quod intraret aliquod Heremitorium, & huiusmodi, sed oportet, quod intret in vnam de religionibus approbatis, & obligantibus ad tria vota.

Tertius effectus est, quod alter coniugum non potest orare sine consensu alterius, quod intelligendum est de oratione

tam

tam longa quæ esset impeditiua coniugalis debiti. 33. q 2. Quos Deus. secus de oratione solenni, vt Missæ tempore à Canonibus deffinita de Consec. D. 2. Omnis.

Cōditiones possunt fieri tripliciter.

Primo modo, ut si dabis cētum & hoc dicitur sub conditione.

Secundo modo, sub modo videlicet per, ut queadmodum quando dicitur ut facias hoc.

Tertio modo cum appositione causæ, ut quia hoc est vel fuit.

Contrahuntur ergo matrimonia absolutè & quandoq; sub conditione ut si: quādoq; per modum per, ut quandoq; per causam per quia.

Quando igitur fit matrimonium sub conditione, tunc distinguendum est de conditioue &c.

Primo sunt quædam conditiones generales quę semper debent intelligi, ut ponit beatus Iacobus, ut si Deus voluerit, & si vixerimus, & hæ nullum contractum impediunt.

Secundo. quædam sunt quę in matrimonio omnino sunt necessariæ', alias matrimonium impediretur & nullum esset, ut

ſi es Chriſtianus vel Chriſtiana, vel ſi non es affinis, vel conſanguinea, & iſtæ conditiones etiam debent intelligi appoſitæ.

Tertio, eſt conditio de futuro neceſſaria ſicut ſolem oriri cras, & ſimilia, vnde ſi dicatur contraho tecum ſi ſol oriatur cras contractum eſt matrimonium, ut ponit Tho. in 4. D. 29. q. 2. quia talia futura ſunt præſentia in cauſis ſuis.

Quarto, eſt conditio contingens, & honeſta, quæ poteſt apponi & non apponi, ut ſi pater meus voluerit, aut ſi dabis mihi centum, huiuſmodi cõditio ſi apponatur ſuſpendit matrimonium vſq; ad aduentũ conditionis, niſi interim conſenſus de præſenti, vel carnalis copula fuerit ſubſecuta, eo quod tales videntur receſſiſſe à conditione. extra de condi. app.

Nota.

Quid ſi quis ſignificauit patri abſenti, quod contraxit tale matrimonium ſub cõditione, ſi ipſi patri placuerit, & antequã pater conſentiat pœnitet, & pater conſentit, nunquid erit matrimonium?

Reſpõdet Guil. ꝙ nõ, quia non videtur ꝙ debeat dici conſenſus: niſi duret quouſque pater cõſentiat tamẽ antequã tranſeat ad ſecunda vota debet compelli ſiue induci ut illam ducat, ex quo in eam ſemel cõ

ſenſit

sensit sub conditione quę extit ar. extra de spon.impu. de illis. Idem Hosti.

Quando coniux non tenetur reddere debitum.

PRimò quando imminet periculum ex multo coitu, vel infirmus, vel vulneratus, tunc coitus posset sibi esse mortalis, vt dicitur de reuertẽte à balneis subito tunc reddere non tenetur. Ex isto principio dicũt aliqui probabiliter, quod si vir ẽ fur & in corrigibilis, propter quod vxor cõtinuè periclitatur cum eo ad mortem per iustitiam rectorum, quod potest fugere, & virum relinquere ne moriatur cum eo. Archi.

Secundo, est de impotentia propter quam quilibet excusatur, quia secundum iura impossibilium nulla est obligatio.

Tertiò de fornicante, quia fornicanti non tenetur alius debitum reddere. Cum dominus permittat ob fornicationem dimitti, silicet quo ad actum cõiugii, & hoc nisi & ipse fornicetur postea: quia paria delicta pari compensatione tolluntur.

Quartò de leproso, & fortè de alio morbo satis contagioso, quãdo sano imminet periculum tale, quo supposito loquuntur iura extra de coniu. lepro.c.2. nec tenetur cohabitare.

Quinto, habens impedimentum ratione voti, a quo non potest dispensare nisi Papa, & ratione affinitatis.

Sextò, quando alter coniugum manet in adulterio manifesto, tunc alter sciens hoc certè non potest exigere, nec reddere debitum in adulterio permanenti, dum si licet est incorrigibilis. Præsumitur autē incorrigibilis secundum Ricar. quando pertinaci animo corrigi renuit, aut quando correctionem promittens ex consuetudine relabitur, alias exigendo vel reddendo peccat mortaliter, quia facit contra cōstitutionem Ecclesiæ secundum Hug. 23. q. j. Siquis vxorem. Quidam tamen excipiunt istum casum quando silicet exigere qui est innocens timore incontinentiæ ne incurret in ipsam, quia tūc nō peccat.

Quando quis non tenetur dimittere coniugem adulteram,

PRimò, quando est occultum, quia cessat ratió de scandalo.

Secundò, quando correcta est, vel est spes de correctione.

Tertio, incorrigibilem animo potest compescere includendo: & sic prohibendo ne exeat, & ꝙ nullus intret nisi ipse.

Quarto, quando plus cohiberet saltem

tem propter hoc, quod retinet quam exposita, quæ eo ipso se prostituet.

Quintò, quando timet sibi de incontinentia, quia non tenetur vir plus corrigere vxorem, quàm dominus seruũ. Sed dominus seruum excommunicatum non tenetur expellere, sed licitè potest ab eo seruitium expetere. & tamen est minus debitum quam ab vxore vir. sic ergo cũ detrimento iuris sui, & periculo non tenetur expellere. Sed quia timetur hic scandalũ, & propter scandalum phariseorum non tenetur homo dimittere ius suũ, prius debet exponere illis qui sciunt illam fornicariam, quod nõ vt foueat eam in crimine, sed magis ut eam cohibeat à peccato, & cum hoc sit verisimile si quis ex hoc scandalizetur non est scandalum pusillorum & cum non potest dimittere sine periculo suo, licitè potest ea retinere.

Auctores qui dicunt, quod non licet eã retinere, loquuntur quando non potest sine scandalo, vel propter hoc quod retinetur efficitur deterior, vel quãdo non propter periculum sui hoc facit.

Quando vxor non potest dimitti propter adulterium.

PRimò, si vir eam prostituit extra de eo qui co. con. vx. Item si vir sciuit & nõ

prohibuit cum potuit. Secus autem si ei indirectè occasionem dedisset expellendo eam, vel necessaria denegando. quia non est ignoscendum ei qui prætextu paupertatis turpissimam vitam elegit. ff. de ri. nu. l. palam.

Secundo, cum ipsum virum credẽs defunctum nupsit alteri, quia maritus rediẽs tenetur eam recipere nõ obstãte tali adulterio: nisi steterit scienter cum secũdo marito postquam primus venit.

Tertio si cognita fuit ab aliquo latenter, quem credebat proprium virum.

Quarto si fuit vi oppressa, ut 32. q. 5. Proponito. Hoc est intelligendum de vi absoluta, sed si metu vel præcepto parentum, instantia consanguineorum, vel alia simili causa fornicaretur cum aliquo, etiã contrahendo cum illo de facto non excusaretur. 32. q. 7. Omnes.

Quinto, quando reconciliauit eã sibi post adulterium commissum, vel eam publicè adulterantem tenuit, & retinet in consortium maritale. 32. q. j. c. j. Cum sequen. Hæc ratio est secundum Ric. Quia crimẽ per reconciliationem dimissum amplius obiici non debet, nisi reciduum sequatur.

Sexto, si vir conuincitur adulterari. 32. q. 6. vbi notare debes, quod si vir est adul

teratus

peratus occultè & vxor manifestè, nō potest vir sine peccato vxorem dimittere, quia vxori non defficit ius excipiendi sed probandi. Ric. Tho. & Alber.

Septimo, quidam dicunt si vir abstinē do contra voluntatem vxoris occasionem ei adulterandi dedit. 33. q. 5. si qui. Tamē alii dicunt, quod non propter hoc excusaretur mulier adulterans, quin vir posset eam dimittere propter adulterium secundum Glo.

In quibus casibus maritus Lucratur dotem.

PRimò, ex pacto, ut si paciscatur de tota dote, vel eius parte post vxori mortem lucrando, ut. C. de pac. con. & in auct. ibi posita.

Secùndò ex lege, ut si propter adulterium mulieris fiat diuortium, mulier dotē amittit extra de do. post diuor. resti. Plerūq;.

Tertiò, mortua vxore intestata & deficientibus liberis, & propinquis, vir succedit vxori & lucratur dotē, & ecōuerso. C. vnde vir. & ux l. i.

In aliis casibus, dos ad mulierem, & donatio propter nuptias redit ad virum, nisi secus obtinear de consuetudine extra

de do.inter virum, & vxorem Donatio.§. Sanè.

Notandũ obseruatione dignũ.

Propter adulterium vxoris facta separatione thori mulier dotem amisit. nunc autem probata consanguinitate separantur omnino. Nunquid poterit mulier dotem repetere?

Respondetur, quod nõ. Nam licet modo appareat, quod non fuerit matrimonium, mulier nihilominus punienda est propter intentionem cum opere subsecuto, extra de biga.c.Nuper.&.c.vlt. Et etiã propter hoc ut cæteris delinquendi materia auferatur.& ne cogitetur falsa probatio contra matrimonium. Hosti.

Quid si Ecclesia præcipit alicui congiugum cohabitare cum altero & ille cui præcipiatur sciat esse impedimentum?

RESpondet Archi. Flo. ex mente Hugo. in hoc casu quantum ad redditionem debiti non tenetur obedire, tamen in cohabitatione, & necessariorum exhibitione obedire debet, & non negare ei cui se de facto copulauit, dummodo

do habeat & sciat impedimentum pro constanti, & non coniecturaliter.

Quid si facto diuortio propter adulteriũ ut puta vxoris. vir innocens postea adulteratur.

RESpondetur potest, & debet cogi p iudicem reconciliari sibi alterum coniugem, & præcipuè ipso hoc pe tente, & allegante adulterium commissum post diuortium, ab eo qui innocens prius fuerat.

Quid, si quando restituitur aliqua vxor viro dicat se habere suspectum virũ ne forte eã ledat & causam veri similiter ostẽdat ad iudicẽ.

DIcitur, quod spectat facere cauere sibi sufficienti cautione, quod tractabit bene, & quod non ledet eam in persona, vel rebus, & hanc cautionem præstabit per iuramentum. 32. q j. De benedicto.

Quid si non confidat de iuramẽto?

DEbet præstare cautionem pignoraticiam, vel fideiussoriam sub certa pęna. 23. q. 5. Prodest. Vel si capitali

odio ita eam persequeretur, quod meritò de ipso difidat: nec posset ei de cautione sufficienti prouideri: non solùm debet ei restitui sed ab eo potius remoueri. Secundum Ric. & Pet.

DE EXTREMA VNCTIONE.

HOc sacramentum est ad egressum de Ecclesia, & est vltimum sacramẽtorum, de quo hæc sunt dicenda.

1 Quid sit
2 A quo & quando fuit institutum.
3 Quæ sit eius forma
4 Quæ sit eius materia.
5 Quis eius effectus.
6 Quibus debet dari
7 Quæ partes inunguntur.

Ad Primum.

Quid Extrema vnctio.

EXtrema vnctio est sacramẽtũ quod pertingit ad effectum qui est curatio morbi, & peccati, & hæc deffinitio colligitur ex dictis Diui Iacobi. c. vltimo. Infirmatur quis (inquit) in vobis? inducat præsbiteros Ecclesię, & orent super

eum

eum, vngentes eum oleo [in nomine domini, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis fuerit dimittentur ei.

Ad Secundum.

MAgister in. 4. D. 23. dicit institutũ fuisse ab Apostolis. D. Tho. in eadem D. dicit omnia sacramenta instituta esse à Christo, quia sunt fundamenta legis quæ debebant institui à legis latore, & habent ab eo efficaciam, quæ non nisi diuinitus inest. quædam tamen fuerunt promulgata per Apostolos, & sic intelligitur Magister qui dicit quod fuit ab Apostolis institutum.

Ad Tertium.

FOrma huius sacramenti est oratio de præcatiua dicendo per istam sanctã vnctionem, & suam piisimam misericordiã indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per visum. in nomine pat. & fi. &c. & sic de cæteris sensibus.

Ad Quartum.

MAteria est oleum oliuæ ab Episcopo consecratum, & tale oleum, & eius consecratio sunt de necessitate huius sacramenti.

Ad Quintum.

EFfectus eius est duplex, principalis, & secūdarius Principalis est vt dicit D. Iacobus est sanatio spiritus, quæ datur cōtra quandam debilitatem vel ineptitudinem quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali, cōtra quam debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum, & quia hoc robur gratiam facit, quæ secum non compatitur peccatum, ideo ex consequenti si inuenit aliquod peccatum veniale vel mortale (quo ad culpam) tollit ipsum dummodo non ponatur obex ex parte recipientis.

Secundarius effectus est sanitas corporalis hanc tamen non inducit, nisi secundum quod expedit ad finem principalem silicet spiritualem sanactionem, & tunc semper eam inducit, dummcdo non sit impedimentum ex parte recipientis.

Caracterem hoc sacramentum non imprimit, quia per ipsum non deputatur homo ad aliquod sacrum agendum, vel suscipiendum, sed quædam interior deuotio quæ est spiritualis vnctio, & est res, & sacramentum.

Ad Sextum.

NOn confertur niſi adultis, infirmis in periculo mortis conſtitutis ex ipſa infirmitate, quare nec datur euntibus ad bellum, aut nauigantibus, ſeu his qui mox occidendi ſunt, quia talis mors non imminet ex defectu naturæ, ſed ex euentu fortunę. His qui præ ſenio deficiunt (etiã ſine actuali infirmitate) datur.

Quibus nõ detur extrema vnctio.

Ad Septimum.

INunguntur inſtrumenta quinque ſenſuum, tanquam primæ radices peccãdi, ſilicet oculi. Aures, Nares, Labia, Manus, Pedes, Renes, Mulieribus tamen non vnguntur propter honeſtatem.

Eſt neceſſarium hoc ſacramentum, niſi omittatur ex contemptu.

Laus & gloria omnipotenti Deo.

Ego Frater Antonius Balduccius Forliuiẽsis Ordinis Prædicatorũ Inquisitor Bonon. quantum ex mea pendet autoritate concedo quòd præsens Tractatus imprimi posſit tanquã catholicus &c.

